

JOACHIMI VADIANI

HELVE TII IN POMPONI I MELAE LI.

BRVM PRIMVM COMMEN-

TARIA.

PRO O E M I V M .



Gredior. Signate in re diffcili usus est uerbo: nam ea potissimum aggredi uidemur, quæ maiori co-
natū & uiribus magis intentis, perficiuntur. b Imped. opus. Ideo, ut Plin. libro tertio ait,
infinitum id quoque existimarent, nec temere sine aliqua reprehensione tractatum, Haud ullo in-
genere uenia iustior est, si modo nūnime mirum est, hominem genitum non omnia humana nouis-
se. c Constat enim, Græca, Latina, Barbara, cāque exotica partim, partim indigena uoca-
bula elegantem contextum uix admittunt:

Denique et in immensa multitudine labor
est, quo ordine singula coērceantur.

d Perplexo, intricato. e Longa est
magis, quæ fastidium magis, quam gratia
am pariat: quæ enim brevia sunt modo nō
obscura, gratiam merentur, longis auc-
tem quod multam lectionem exposulant,
fastidium inesse solet. f Benigna,
gratiosa. g Verum aspici. Geogra-
phie commendatio est, qua nulla propè ad
rerum humanarum cognitionem doctrina
magis attinet. h Et quod. Quod o-
pus, inquit, si scriptoris industria & in-
genio comptum elegansque fieri nequit,
nominum asperitate idipsum impeditum,
ex re tamen & ipsa sui contemplatione,
frugem attendantibus afferre consuevit.

i Orantis, narrantis, scribentis. k
Operæ. laboris ipsorum attendantium per
compensationem, scilicet ex emolumen-
to. l Absoluat, pariat, efficiat. Per
hæc autem summa authoris modestia adpa-
ret, adeò ingenij sui opem extenuantis,
cum rebus ipsis tamen suopte ingenio cla-
ris, non minus lucis, summa elegantia sua,
& murando ordine, quo in hoc opere
usus est, adiecerit. m Dicam autem.
Hic locus indicat Pomponium aut scripsis

se quæ temporum sœvitia intercederint,

POMPONI MEL AE COSMOGRAPHIDE
ORBIS SITV, LIBER PRIMVS.

PRO O E M I V M .



R BIS SITV M DICE:
re^a aggredior, b impeditum opus,
& facundiæ minime capax. c Con-
stat enim fere ex gētium, locorū,
que nominibus, & eorum d perple-
xo satis ordine, quem persequi^e lō-
ga est magis, quam f benigna materia. g Verum aspi-
ci tamē cognoscīq; dignissimum: h & quod, si nō ope-
ingenij i orantis, at ipsa sui contemplatione precium
operæ attendantium^l absoluat. m Dicā autem alias
plura, & exactius. Nunc autem vt quæq; erunt cla-
rissima, & strictim: ac primo quidem, quæ sit forma
totius, quæ maximæ partes, quo singulæ modo sint
utq; habitetur, expediā. n Deinde rursus oras omnī-
um, & litora ut^o itra^p extraq; sunt, atq; ut ea q subit,
ac^r circuluit pelagus. s Additis quæ i natura regio-
nū, incolarumq; memoranda sunt. Id quo facilius sci-
ri poslit, atque accipi, paulo altius summa repetetur.

aut maiora his de situ orbis fuisse scripturum. Id quod libro tertio in Britanniæ situ, his quoque uerbis innuisse mihi uidetur: Britannia qualis sit, qualésque generet, mox certiora & magis explorata dicentur: per me scilicet, ame-
pliori opere instituto, ut ego intelligo, quanquam ad alios quoque referri posst. n Deinde. Prius enim toto in
maximas partes diuiso, summatis eas describit, hinc à Mauritania orsus singillatim per omnia digreditur. o
Intra. Ad sinus, quos terras aperiens oceanus fecit. p Extra. Ad extimum oceanum. q Subit. Hoc ad si-
nus referendum est, quorum potissimi quatuor sunt, duo à Meridie, ab Occasu unus, et unus à Septentrione, de quib;
bus suo loco mentio fiet. r Circumluit, ambit, & ad oceanum refertur. s Additis. Id enim Geographos
rum est, ut locis enumeratis, reliqua paſsim, quæ aut natura, aut hominum ingenio, rebus ue gestis memoratu digna
sunt, nectant, ut in Catechesi diximus.

A

MUNDI IN PARTES QVATVOR DIVISIO.



Vicquid id est. bene Pomponius alias negotiis molestiam subterfugitus dixit, quicquid id est. Nam quid mundus, aut qualis esset, non una opinione à uetus disputatū est: idq; explicare non est Geographi magis, quam Philosophi, cui illa curae esse debent. Ad Melæ modestiam anxia illa deserentis, hæc Plinij ex libro secundo uerba pulchre accedunt. Furor est (inquit) profecto furor, egredi ex eo (orbem intelligens elementorum) & tanquam interna eius aucta planè iam sint nota, ita

scrutari extera: quasi uero mensuram eius rei posset agere, qui sui nesciat: aut mēs hominum uidere, que mundus ipse non capiat, hec ille. Vnum tamen esse philosophorum princeps Aristoteles libro de cœlo primo probat, cuius sententiam Thales Thaletisq; studiosi ante asseruerant, contra Democritum, Epicurum & eorum discipulum Metrodorum, qui innumerabiles in infinito mundos faciebant: finitus est, & infinito tamen ob partium magnitudinem similis: & cum rerum omnium certus sit, similis incerto uidetur, ut Plini. indicat, contra Seleucum, qui mundum infinitibilem esse dixit, ut in Philosopho-

MUNDI IN PARTES QVATVOR DIVISIO.



Mne igitur hoc^a quicquid id est,
b cui mundi, cœliq; nomen inclidi-
mus, vnum est, & vno ambitu se,
cunctaq; amplectitur. ^d Partibus
differt: vnde sol oritur, oriens nun-
cupatur, aut ortus: quo demergi-
tur, occidens, vel occasus: ^e qua decurrit, meridies: ab
aduersa pte, septētrio. Huius medio^f terra sublimis,

rum placitis Plutarchus scribit. ^b Cui mundi. In re simili ijsdem propè uerbis usus est Plinius: Mundum (inquit) & hoc quod nomine alio cœlum appellari libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta. & c. Cicero libro de na-
tura Deorum. ij. Neque enim (inquit) est quicquam aliud præter mundum, quo nihil absit, quod undique aptum at-
que perfectum, expletumque sit omnibus suis numeris & partibus. Mundum uero ob ornatum, & plenam artia
sculptis rerum seriem dictum Latinis, & simili causa Græcis κόσμοις: Cœlum autem à lucentium stellarum qua-
si in sphæris suis sculptura, notius est, quam ut referri debeat. ^c Et uno ambitu. Plinius extra intrāque
cuncta complexus in se, idemque rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura. Ideoq; Vitruvius libro nono. Mu-
ndum esse ait naturæ rerum conceptionem summam, cœlumq; syderibus conformatum. M.C.lib.de leg.primo. Vni-
uersus (inquit) hic mundus una ciuitas Deorum, atque hominum existimanda est: quod certe ad illud accedit, ne ex-
tra mundum quicquam esse credamus. ^d Partibus differt. id est, regionibus siue limitibus, ut libro secundo cœ-
li cardines Gelliū nominat. Nam de partibus mundum constituentibus, elementis scilicet & cœlo, quod supra elemen-
ta est, nihil ad Melam hic. Sunt autem limites, Ortus, Occasus, Meridies, Septentrio: in hoc diuersi tantum, quod hi
perstant suntq; immobiles: Illi nunquam eodem modo se habent propter sempiternam Solis in gradibus signorun
per ascensum, & descensum mutationem. Hinc Eratosthenes (ut Varro libro de re rust. primo ait) orbem in duas
partes maxime secundum naturam diuisit, ad meridiem uersus, & ad septentriones. A latere igitur cœli, in quo
supra horizontem Sol ascendit, ortum: quo se mergit, occasum accipimus: Qui licet eadem in parte, id est in spa-
cio, quod inter tropicos est, semper sint, tamen quia nunquam contingit Solem illinc oriri hodie, unde heri orieba-
tur: nec è regione pari modo occidere, nunquam unus idemque ortus, & occasus est. Insigni Auli Gellij errore:
qui ortum omnem, & occasum ex Phœnici doctrina, aut brumalem esse ait, aut æquinoctiale, aut solstitialem,
quasi uero inter parallelos solstitiales & æquatoris, nulli intermedij sint: nisi ita Gellianæ diligentiae patrocina-
ri libet, ut solstitialem intelligamus solstitiali vicinum, parique modo æquinoctiale & brumalem: quod uere ma-
gis tamen, quam proprie intelligitur, & acute hoc modo magis, quam explanate Gellius tradidit. Has regiones
Calphurnius Siculus in Delo his uersibus complexus est: Exultet quæcumque Notum gens imiacentem, Ere-
ctumque colit Boream, quæcumque uel ortu, vel patet occasu, medioue sub æthere feruet. ^e Qua decurrit.
Ideo ait, decurrit, quod nobis citra æquinoctiale ad multam latitudinem sitis, deuexus Austrinus polus est, ele-
uatus Arctous, quod sphæram rectam habentibus non contingit. E regione uero trans æquatorem transgressis po-
lus noster deuexus esse incipit: quoque latius discesserint illuc, tanto Austrinus sibi polus altior apparet. ^f
Terra sublimis. Totam terram non intelligit: nam illa mari non undique cingitur, sed extantem illam terræ super-
ficiem, quam in hominis habitationem, & eorum animalium que spirarent, queq; homini commoda essent, salu-
tem, ab undis nudam esse uoluit in sui gloriam Deus Optimus Maximus, cuius ineffabili potentia, iam ante ex-
nubilo eluxit, quicquid hodie aut sensu cernimus, aut animi cogitatione consequimur. Terram autem extare su-
pra undas ut pomum natans, aut leuem quempiam ex ligno globum undis innatantem, qui credunt, ualde decipi-
untur: hoc enim modo multa falsa forent, quorum deprehensa ueritas est. Terræ ergo superficiem que extra undas
eminet,

eminet ita eminere credamus, ut ex ea & circumfluentibus undis corpus rotundum in se se undique recurrens efficiatur. Inde & illud est, quod in tali rotundo aliud terre centrum esse, aliud gravitatis quod mundo respondet, comprehenditur. Strabo certe libro tertio non dubitat rotundam unam cum mari terram esse, unamque & eandem cum equoribus superficiem habere. De hoc alijsq; ad quae aliquando studiosum lectorem remittimus, in epistola ad Rudolphum Agricolam, plura differimus. Sublimis, extans, eo modo quo diximus.

^a Eademq; Dubitari potest

cingitur vndiq; mari: ^a eademq; in duo latera, quae hemisphaeria nominantur, ab oriente diuisa ad occiduum, ^b zonis quinque distinguuntur. Mediæ aestus infestat, frigus ultimas. Reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora, verū non pariter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus. Illius situ ob ardore intercedentis plagæ incognito, huius dicendus est.

bis tantum, qui (si qui sunt) sub polis siti sunt. Verior omnino sensus est, Melam uoluisse totius terre excursum in duo hemisphaeria à limite Orientis, in limitem Occidus diuidi: idq; potissimum respectu sphære recte, in qua lineæ meridianæ, sicut est notissimum, etiam horizontem faciunt, & nulla uariante elevatione, terram ut sita est partiuntur, quo modo & Capella Martianus libro sexto partitus est. Hoc autem demonstrabitur commode, si ab Occidente habitibili spatiū longitudinis in. 180. gradus per æquinoctialem hemicycli spatio duixerimus. Nam illinc Ptolemeus quoque longitudinis mensurationem orsus est. Quod si communem sententiam sequimur, nullus horizon est à quounque habitate terræ punto ductus, quin terram in hemisphaeria duo diuidat. Ceterum quo minus priorem sententiam respectui habeamus, facit, quod libro tertio Pomponius de Taprobane locutus, primam partem orbis eam alterius ex Hipparchi sententia dicit, tanquam Austrino hemisphaerio hoc modo à nostro Septentrionis secuncto. Quando & Macrobius putauit inter hunc & illum nescio quem Oceanum intercedere. ^b zonis quinque zonarum distributio in temperatas duas, quæ à polis duas attingunt ob frigus inhabitatas, medium uero ad equinoctialem ob aestum inhabitabilem, iam inde à uetusissimorum traditione uulgatissima est. NE T A M E N HOC IN L O C O studiosis aliqua in parte defuisse, culpari possumus, paulo altius nobis summa repetenda est, ut ubi bene, & ubi non bene (nam & Pomponius cum uetusitate lapsus est) Mela senserit, intelligatur. Recte enim afferit & uere, medium infestare aestum, & frigus ultimas, reliquæque habitabiles paria agere anni tempora, sed non pariter: illam Antichthonas, nos hanc incolere. Male autem & falso scribit alteram temperatam nobis incognitam esse, idq; ob intercedentis plage ardorem: quasi uero que inter tropicos est plaga habitari nequeat: & maior sit sub equatore, quam sub tropicis aestus, que falsa esse suis ipsius uerbis comprobabinus. P R I M V M autem de zonis dicemus, mox ut habitentur, & an habitari queant, relaturi. zonarum discrimen bellè Probus Grammaticus ait, è manu accipi posse, si leuam contra ora nostra in ortu Solis uersa, digitis expansis introspexerimus: ut ubi polle est, ibi zonā esse arcticā, quæ et Septentrionalis uocatur, intelligamus nimio frigore inhabitabilem. Polliciproximo digito temperatam nostram, quam aestualem nominat, indicari. Ut medius digitus æquinoctiali aduste, & inhabitabili secundum uetus, respondebit. Quartus alteram temperatam ostendet, quam hyemalem Probus nominat, quod Sol in eam inclinans nobis hyemem relinquit, sicut in nostram ascendens, & statim aperit, diesque longiores facere solet. Digitus minimus, quintam Zonam referet, Notiam & Australē dictam ob gelu perpetuam, & sicut Septentrionalis nostra, inhabitabilem. Has quatuor minoribus parallelis, tropicis uidelicet duobus, & arctico antarcticōque circulo segregari, recte Mathematici afferunt. Libet hoc loco, Martiani de zonis uerba ex libro eius sexto referre: quoniam elegantia sunt, & erroribus tamen notandis, quibus lector alioqui seduci posset aspersa: Orbis (inquit) terræ, in quinque zonas, siue melius fascias dico, pro rerum diuersitate discernitur, quarum tres intemperies multæ, ob contrariorum nimietatem relegavit: nam due axi utrinque confines, algore immenso & frigoribus, desertionis causas, pruinis mergentibus prebuere. Media uero flaminis & anhelis ardoribus torridata, propinquantes animantium imburit accessus. Aliæ autem due, uitalis aure halitu temperatae, habitationem animalibus indulserunt, que quidem per totius rotunditatem telluris incuruae, tam supernum hemisphaerium, quam inferius ambierunt. Nam utique terra duas sui partes hemicyclorum quadam diuersitate despicit, id est, unam habet supernam, quam nos habitamus, & ambit Oceanus, & aliam infernalem. Sed hæc superior initium habet à solari ortu. Illa inchoat à Solis occasu, quem circulum Greici horizonta perhibent. Verum quia ille zone uolubilitatem utriusque partis includunt, decem utrinque circulo suo faciunt regiones, è quibus hec quæ à nobis habitatur, est una. &c. His Capellæ uerbis rem fidelissime tradentibus, hic error inest, quod hemisphaerium nostrum, Oceano ambiente, & vasto interuallo discludente, ab inferiori sciungi existimat. In quo errore & Macrobius libro somnijs secundo uolutus, zonas temperatas in terra, interflujo Oceano undiquaque sciungi

Melanō ubi
& bene sedit.

zonarum di-
scrimen ex
Probo.

Martiani de
quinque zo-
nis uerba.

Capellæ &
Macrobijs er-
ror.

Locus Virg.

Strabonis se-
tentia de zo-
nis.Cleomedis
de triplici
habitatae ter-
re diuersita-
te sententia.Quiproprie-
tate periceci
dicatur ex re-
centiorum tra-
ditione.Quae Perice-
cis nobiscum
comuniasunt.

Due propo-

putauit, ita ut due in nostro hemisphaerio, due uero in inferiori Pericorum nostrorum et Antipodum sita essent, & totam nobis cognitam terram, quam uetus in partes tres diuiserunt, ad Zonam nostram & Arctum frigidam attinere credidit, pudendo me hercule errore, ut inferius ostendemus. Illa uero secutus Capella, decem zonarum regiones fecit, quinque scilicet nostri hemisphaerij, et inferioris quinq; que tamen per uolubilitatem utriusque partis correspondant, & sub conformi celi rotatu subsidant. Ad quam opinionem illud Maronis libro Georgico, primo scilicet sensu accederet: Et uia secta per ambas, Obliquus qua se signorum uerteret ordo. Nam cum constet, Zodiaci excusum tropicis terminari, in ambas temperatas signa non exirent, sed per ambas potius exustas, ea scilicet quae nostri est hemisphaerij & quae in inferioris: nam haec duas regiones (ut Capella sentit) faciunt. Sed ne haec quidem curiosa magis, quam acuta sententia bene quadrat, melius Macrobius interpretante, qui Virg. per prepositionem, pro inter familiariter posuisse ait. Quanquam Probus pari errore veterum autoritate Zodiacum per tres Zonas medium ferri afferit: Maronem autem quae de Zonis scripscrit, ex Eratosthenis libro hexametris uersibus scripto, cui titulus sit, Hermes, in sua transtulisse ait. Strabo in libri secundi fine, Celi Zonas quinque ponit, quibus illae quinque in terris fascie respondant, & eiusdem nominis esse ait, quae in imis & quae in superioribus sunt. Libro uero tertio terram cum aqua rotundam esse cum tradidisset, totam eam per aequatorem, & alterum ex Coluris per polos excurrentem, & arcticum atque aequinoctiale rectis angulis intersectantem, in quatuor quartas diuidit, in quarum duabus in Septentrionem inclinantibus, locus temperatae intermedius est, cuius medietas Septentrionalis tantum sit, quantum est spatium quod ab Arctico ad polum pertinet. Australis uero pars tanta, quantum interuallum sit inter solstitiale & mediatorum in regione aequinoctiali, ut idem est in alijs lateribus ad commensurationem meridiani fiat. Quod uerum esse etiam ex recentiorum traditione constat, qui illam Coluri partem, quae est inter tropicum Canceris, & circulum arcticum, propè duplam esse aiunt ad maximam Solis declinationem, maximam autem declinationem quae 23. graduum est, & 50. minutorum, aequalē esse arcui qui inter poli punctum est, & circulum arcticum: unde reliquum est, ut temperatae Zone alterius magnitudinis duplum respondeat. Verum quod Strabo ait, in altero istorum laterum nostram habitabilem locatam esse, & tanquam insulam mari circum allui: nimis enim in eorum sententiam abit, quae nostram habitatam à reliquis, & presentim meridianis Oceano separari fas so afferuerunt. De zonis hactenus. Nunc ut habitentur uideamus. Tota illa rotundi corporis moles, in Meridiem, Septentrionem, ab Ortuque & Occasu habitata, quia rotunda est, fecit, ut accolis ex situ uarietate, alia atque alia nomina essent. Quae Cleomedes in libro de Coelestibus ordinibus, suorum temporum placita referens, per zonarum temperatarum ambitus tantum, ita distribuit, ut primam dimidiā uersus Arctum, nos homines: alteram autem dimidiā terrae circunuersae illi, qui nobis Periceci, id est circuncolae sunt, inhabitent. Qui uero è regione nostrae temperatae, trans torridam zonam habitarent, illos nobis Anticecos esse dixit, quod aduersum latus inhabitent. Qui dimidiā lateris eorum circunuersi tenerent, eos nobis Antipodes esse, illis autem Pericecos, quemadmodum Periceci nostri illis Antipodes sunt. Quae quanquam uere Cleomedes differuit, tamen quod temperatarum tantum meminit, & multa hodie comperta sunt, que ignorauit antiquitas. Quae obseruata sunt diligentius, & acutius à recentioribus disputata, libet hoc in loco referre: quod si cui longiuscule digressus uidebor, is mihi ueniam uel ob hoc dasbit, quod studiosis in re non protrita admodū, scitu uero dignissima, pro mea uirili prodesse uoluerim. PERIOECIS C1 itaque, hoc est circuncolae, hi sunt qui sub eodem parallelo, & meridiano per polos ducto, habitant: Dico autem sub eodem parallelo, per quod Antipodes secluduntur, quibus tametsi semper idem qui nobis meridianus est, diuersos tamen semper & aequali latitudine ab aequatore distantes parallelos habent. Ideo haud quaquam est opus eam hemisphaerij aut latitudinem, aut longitudinem inter Pericecos esse, quae in Antipodum situ desideratur. Ni si sub aequatore circulo, oppositis lateribus unius meridiani habitantes Pericecos dicere uellemus: quos constat ad maximi parallelī mensuram sub qua iacerent, hemisphaerio, id est, centum nonaginta gradibus distare ad diametri oppositionem. Sed rectius aequatori sectionem relinquimus totius rotundi in hemisphaeria maxima duo, alterum Arctum, Austrinum alterum, ut Strabo diuidit in fine secundi. Reliquis autem a medio discedentibus parallelis et Pericorum et Anticorum situm tribuemus. Quod si habitantes sub hoc parallelo, praeter id quod Antipodes dicuntur (ut docebimus) Pericecos quoque ex diffinitione data, nominare placuerit. Concedamus oportet, dari posse Pericecos, qui idem Antipodes sint, & è regione, neque hoc nisi sub unico aequatore: Reliqui enim paralleli signati, minores terram in duo parta non distinguunt, nec oppositionem ex diametro efficiunt. Est tamen ut Periceci quandōque minus propriæ dicantur, qui sub parallelo uno siti sunt iusto quidem interuallo, uerum circunuersa meridiani latera non attingente, PERIOECIS nobiscum commune est. Primo, Eiusdem temperatae inhabitatione: nam futilem illam opinionem esse, quae temperatas utrinque in quartas duas uasto interceptas oceano dirimit, in epistola ad Agricolam ostendimus, & infra paulo ostendemus. Secundo, quod simul hyemen, simul estatem, & tempora anni reliqua nobiscum habent, & incrementa dierum noctiumque nobis cum illis eadem sunt. Quibuscumq; enim idem parallelus est latitudinis, ijs eadem est dierum noctiumque uno tempore quantitas. In hoc tantum à nobis diuersi, quod nec eundem ortum, nec occasum habent: & quando nobis diei medium est, illi medium habent noctis, sicq; è regione. VERVM ut hæc clariora fiant, ponam axiomata. Primum, posito concessio-

quod

quod terra ultra latitudinem, plus minus. 67. graduū sub eodē meridiano habitabilis sit, dantur Perioeci qui diē uno & eodē tpe habent, quod Raphaël uetus torum traditione contentus, non animaduertit. Probatio est: Quia sole in principio Cancri existente illis non occidit, propter depressionem horizontis in latitudinem, que in oppositum latitudini trans polum uergit. Que res uel apertissima est ex cognitione circuli illuminationis Solis, quem Andreas Stiborius, & Georgius Collimitius, digni posteritatis praeconio Mathematici, nuper ad ipsum solis motum deprehenderunt. Recentioribus autem experimentis deprehensa est talis Perioecorum ad prædictam latitudinem contrapositio sub eiusdem meridiani lateribus. SECUNDVM axioma, Perioecis diem & noctem contrario modo esse, intelligi debet de his, quibus sol oritur & occidit, tales sunt propè omnes quibus in hemisphærio nostro ab æquatore, latitudo est plus minus gradibus. 60. POSSET autem quæspicere dubitare, quo nam modo id contingere, ut noctis & diei paritas Perioecas esset, cum communiter dicatur ex antiquorum traditionibus, nobis noctem esse, cum Perioecis nostris dies sit, & è contrario. Quia ergo ad solstium æstivale diem habemus longissimum, consequens est, ut illi noctem longissimam habeant: cumq; nobis breuissima nox est, illis longissimus sit dies. Hoc dubium hoc ipso disautitur, quod eundem nobiscum horizonta non habent, qua re fit, ut non necesse sit, existimare ipsis oriri solem, cum nobis occidit: nec statim oriri nobis, cum illis mergitur, alioqui diuersitatis temporum ratio magis è diuersa latitudinis ratione sumitur. In situ igitur Perioecorum, quanquam non attente obseruantibus hoc uideri posset, haud quaq; tamen ita est, propterea quod eundem horizontem non habent: Sed diuersis ipsis & per se lato admodum interuallo transcurrentibus, sit, ut sole nondum occidente nobis, illis iam exortus sit, ipsorum horizonte iam exuperato: rursus uero oriatur nobis mane antè, quam ipsis occidat: id quod in globo exacto quoaque, horizontibus contrariorum punctorum alicuius parallelī mediocris latitudinis circunductis, demonstrari facillime potest. Ex quo paritas dierum & noctium intelligetur: quandoquidem euenit, ut una solem cernamus ab occasu iam nunc ipsis orientem, à nostro uero horizonte iusto interuallo distantem. Pari modo & ab ortu, ipsis nondum occasum, nobis uero iam ortum aspiciamus. Ideo Raphaël Volaterranus, qui libro primo Urbanorum commentariorum adeò obscurare hoc prosequitur, ut ne ipse quidem satis intellectu videatur, bene ait: Non exacta ratione solem ipsis oriri cum nobis occidat, cum antè, quam occiderit nobis, ipsis fuerit ortus. Propterea si dicamus his uel illis diuersos horizontes esse, non est statim consequēs, ut credamus ijsdem diuersam rationem esse quantitatis diēi & noctis. Nec uerum est illud, quod uulgo ab huius rei professoribus traditur: tunc uidelicet Perioecis diem esse cum nobis nox est, & è regione: possunt enim unā diem habere, ut paulo ante docebamus. Sed uerum est horam me die noctis nostræ, ipsis horam esse medijs diēi, licet eiusdem denominationis fortasse non sit. Item tempus meridiæ nostri, ipsis tempus esse medie noctis. Quod ideo dico, quia Perioecis Septentrioni uicinis, in æstivo solsticio noctes breues admodum sunt, quarum tamen umbræ ad meridianum, in æquas partes, sicut & diēi diuiduntur. Sunt autem horizontes (ut illud obiter in transuersu explicem) arcu magni, quorum centrum idem est cum mundi centro, prospectum nostrum ita finientes, ut hemisphærium cœli extet, hemisphærium lateat, & terræ cum aqua dimidium semper ipsi ambiant, etiam si nos idipsū prospectu atra in terra mariue terminato, uisu nō deprehendimus, quod tamen ad cœlum attinet nō fallit, cōtūtes nos. Et tāta est globi terræ ad cœlestium magnitudinē paruitas, ut in semidiame tro crastinus terræ nullum sit uariationis momentū, omnibus circunquaq; interim æquæ distantibus. Qui quidē à Græcis horizontes, à nobis finitores recte nominari possunt: ὅτι γένεις enim illis idem est quod definire, & ὅποι definitionem atq; indicationem rei uocare solent. Hi autē quia pro latitudinis uariatione nullis in locis certi manet, fit, ut quod M. C. lib. de diuinatione secundo doceat, necesse sit ortus, occasusq; syderum non fieri pari modo, & eodē tempore apud oēs. Porro & dierum æqualitatis, ac inæqualitatis ratio ex horizontibus est, ad totam sphærā respscientibus nobis: siquidem unū tantū horizontiū genus est, idq; sub æquatore quod rectam sphæram, omnesq; eius parallelos in duo æqualia, id est, hemicyclos pares diuidit: Ea causa sub æquatore sitis omnes dies toto anno uertente, simul & pares inter se, & cum suis umbris pares existunt. Reliqui horizontes in alterutram partem deuergentes, circa los iam dictos inæquali divisione secant: quantoq; magis ab æquatore abeunt (modo Sol illic oriatur, & occidat) tanto magis inæqualia sunt spatia, ut nox diei, quem aut precedit aut sequitur, æqualis esse nunquam posse, in maiori declinatione, maiori semper in æqualitate deprehensa. Quod ipsum planè deprehenditur, si ad longissimum diem cuiusq; gradus seu parallelī latitudinis respexerimus. Nondum autem uideo quomodo uerum esse posse, quod M. Cicero libro de natura secundo ait: Ipsa enim umbra terræ Soli officiens, noctem effiat. Nocturnorum autem spatiiorum eadem est æqualitas, quæ diurnorum: nisi quod ipse simpliciter affirmat, ad æquatorem referas, aut ad æquationem longissime noctis cum longissimo die, quæ quidem certæ alicui latitudini, uerum non in uno Solis loco ac tempore, sed diuersis magis, pari interuallo ab æquatore hinc & illinc deuergentibus parallelis, seu gradibus declinationum fiunt. Quantus enim dies est in quouis gradu loci indicate latitudinis, Sole in signis borealibus mean te, tanta nox erit inibi, sole gradum tenente diuersæ in Austrum declinationis, ut gratia exempli: Quantus nox bis quadragesimo octavo gradui declinationis subditis, dies fuerit, Sole. 12. Arietis gradum obeunte, tanta ex nox erit, eodem duodecimum Librae gradum permeante: cum omni tempore (equinoctij diebus exceptis) necesse sit proportionem esse, noctis nostræ ad diem contraposite latitudinis, & è regione, ubiq; Sol existat. Quod si nostro

sitiones pul/ chrae.

Andreas Sti
borius

Georgius
Collimitius.
Nota.

Raphaël Vo
laterranus.

Locus Cice
ronis.

Nota.

in latere moueatur, tanta ipsorum nox est. qui 48 graduum latitudinem Austrinam habent, quantus noster fuerit dies. Rursum si brumalibus in signis fuerit, tanta nostra nox est, quantus horum dies fuerit, æterna commensuratio-
nis lege. Nisi quispiam supputatione scrupulosa amplioris moræ, Solis minutias in signis borealibus propter au-
gem eius estimare uelit: Ac nescio quidem diuersam hanc æquationis rationem Cicero intelligi uoluerit, necne. Por-
rò ut ad horizontes reuertamur, illud adnotasse fortasse non alienum fuerit, quod cum æquatore arculum omnis
horizon undecunq; inadat, modo horizon sit, in duo æqualia diuidat, illud usu uenit, ut æquinoctiorum diebus, id
est, Sole primum aut Arietis, aut Librae gradum tenente per omnia climata, omnemq; latitudinem dies noctesq; sine
simul æquales. Hic enim omnium parallelorum unus solusq; est, quem uel obliquissime incidentes horizontium arca-
li in duo semper æqualia diuidunt, omnibus horizontibus eiusdem meridiani in duobus punctis sese dimidiati equi-
noctialis intersecantibus. In qua mira, & incredibili uarietate, quam perpetua tamen & uera diuina naturæ con-
stantia inuiolatam retinet, potissimum causam præbet terra marisq; demonstrata rotunditas. Quod ut intelligas,
finge terram planam esse, & eam ad horizontem rectum extendi, & cognosces nocturna diurnaq; spatia, & sem-
per & omnibus æqualia esse, utcunq; tandem zodiaci signa, aut orientur aut occidant. His expositiis ut ad institutum
reuertamur, dicimus: Periœcos non adeò distare, quin ad eos, nullo prorsus uel mediterraneo mari, nedum Oceano
superato, facillimus transitus esset, si uel gentium feritas, uel regionum paucum deserta permetterent. Constat enim
punctum parallelum per Hispaniam transcutis, Periœcorum punctum in eam Scythiam, quæ trans Imaum est habere,
in quam paucis fluminibus superatis perueniri posse, quis Geographiæ non ignarus nescit? Tantam autem parallelum
ab Hispania ducti longitudinem non recentiores tantum (ne quis eorum fidei parum tribuat,) sed & Ptolemeus ad
180. gradus traduxit in Scythiam: Cui ut principi Mathematico & maximo huius doctrine professori fides adhi-
benda est. Nam (ut Strabo in fine secundi ait) terrarū scriptoribus qui ex Physica, & astronomia profecerunt fides
adhibenda est. Falluntur igitur qui Periœcos, intermedio mari à nobis sciungi existimant, nobis inquam qui notam
temperatam Septentrionalem inhabitamus. Nec uero negauerim inter extimum Indie in Eoum, & extimum Hispaniæ
in Atlanticum uersus littus, intermedium esse Oceanum, multis & maximis insignem insulis, uerum alio mo-
do quam ipsi intellexerunt. Nec ille quidem tantum mortales auersatur, quin ab altero littore ad alterum, secundum
illam quam cum terra facit rotunditatem, nauigari posset, si modo expensæ non defuerint, & laborum toleran-
tiam sint, qui prestare queant. Quid igitur aliud dicamus, quam uetusores illos in exacta terrarum latitudine, lon-
gitudineq; metienda defecisse, quod temporibus magis, quam ingenis perpetue diligentie addictis, tribuerim.
Quanquam (ut hodie quoq; fieri solet) in auctoribus illis & ingenuis artibus magis quid alij tradiissent hacte-
nus sequi uoluisse uerisimile est, quam experientiæ penuria diuersum sentire: præsertim quod inculpabile sit erra-
re cum suo seculo. Etiam si hoc modo uidemus magnis frequenter erroribus obrui ueritatem, & que temporum
culpa admissa sunt testimonijs sensim accidentibus, difficilime emendari: non etenim satis hoc perpendisse mihi uiden-
tur, quod in Periœcorum situ contrapositi sunt, non hemisphærio quidem, sed contrario parallelum puncto distant, qui
cunq; sub diuersis eiusdem meridiani parallelum intersecantibus punctis siti sunt. Proinde, si sub æquatore, qui ue-
rus hemisphærii mensuræ est in 180. gradus, id est, hemicyclum terra secundum longitudinem excurrit, quis dubitare
potest, in contractioribus meridianis & parallelis hoc idem ad contrariā positionē suo modo in terra fieri? Sed de Pe-
riœcis satis. ANTICECI dicuntur, qui trans æquinoctialem ad parallelum æqua latitudine ab eodem distantem
nobis in hemisphærii sui cōformi latere sunt siti, quibus nostri Antipodes Periœci sunt: Antœci autem ditti, quod nō
contrariam, ut Antipodes, sed diuersam Austrini lateris terram habitent. Quos si proprie accipimus quicunq; sub uni-
us meridiani hemicyclo, & parallelis utrinq; ab æquinoctiali æqua latitudine distantibus habitant, Antœci sunt: quās
quam magis Antœci dicuntur, qui paulo iustiori latitudine ab æquatore distant. Dico autem, unius meridiani hemicy-
clo, quod Antipodes quanquam sub eodem meridiano, & paris latitudinis parallelo siti sunt, opposito tamen totius
meridiani puncto habitante, ut diameter à uestigijs nostris per terræ centrum traiecta, ad istorū uestigia pertingat: id
quod impossibile est aut Antœcas, aut Periœcas commune esse, nisi, ut dixi, sub æquatore Periœcos quoq; esse dic-
amus. Cum Antœcis autem nobis conuenit in unitate diēi, imo meridiēi, præpter unitatem meridiani. Verum quum
apud nos maximus est dies, apud illos minimus est, propter contrariam latitudinem. Idem & intra tropicos habi-
tantibus Antœcis euénit, quanquam enim illic haud adeò multa uariatio diēi, noctisq; esse potest, quantum tamen
ad quantitatem attinet, eam quoq; ut nos cum nostris Antœcis contrario modo habent. Per hoc autem temporum uer-
tetas emergit, ut ipsis autumnus sit in Ariete, cum nobis uer est: in Cancro hyems, cum nobis æstas: in primo gra-
du libræ ueris illis initia sunt, cum nobis autumni: in Capricorno bruma nobis, cum illis æstas fit. Sicut enim se ad
nos solsticium Cancer habet, ita se ad illos Capricorni tropicus. In uniuersum igitur per totam hemisphæriorum la-
titudinem, quod ante diximus, intelligi debet temporum in illis cōtrarietas. Aduertendum est tamen, quod Antœci
intra tropicos, liet contrario modo & hyemem & æstatem habeant: fieri tamen potest, ut ijsdem simul sit hyems,
nunquam autem simul æstas: si modo id uerum est, ut quicunq; intra tropicos habitent, illis bis æstas fiat in anno,
& bis hyems, quod Martianus libro sexto asserit, & in libello de sphæra Ioannes de sacro busto docet, nec difficile
est idem demonstrare. Ad illud uero explicandum, pono (gratia exempli) Antœcos in Septentrionem ab æquatore
graduum

Periœcorū
ad se facilis
tr. situs est.

Extimæ ter-
re litore
Oceani diri-
vuntur.

Antœci qui
sunt.

Antœci in/
tra tropicos
hyemē simul
habent.

graduum. 10. & altero à latere, eisdem grad. 10. Tunc sole in latus nostrum equatorem transgrediente, cum ad 10. gradum declinationis peruenit, iam his qui sub eodem parallelo siti sunt, uerticalis est, & per catheton inadit radius, facit ergo estatem. Rursus, cum inde discedit, & ultrà in tropicum proficiens gradus. 13. pertransit, hyemem eisdem facit, eo modo quo per tantam Solis distantiam hyemem habere possunt. Constat autem Antœcis horum, qui super æquatorem in Austrum. 10. graduum latitudine siti sunt, simul quoq; hyemem esse, cum maximā à se solis distantiam habeant. In equalis tamen huiusmodi hyemes sunt. Calidior enim horum est, à quorum vertice sol iam primum abiit, qui maiori interuallo graduum. 13. & aliquot minutorum in Arcton inclinans abesse nequit: frigidior autem horum est, qui in Austrum, & trans æquatorem eandem latitudinem habent: ab ipsis enim Sol. 33. graduum interuallo & minutorum. 50. abest, nec abesse amplius unquam potest. Sed certum est tamen has simul hyemes esse: quanquam nulla prorsus intra tropicos tam frigida esse hyems queat, quin illa, quantum ad solis abitionem, & distantiam pertinet, calidior sit æstate qualibet paralleli nostri, hoc est declinationis. 48. graduum. Sol uero cum solsticio nostro peracto in contraria zodiaci parte, eundem parallelum attingit, rursus uerticalis, alteram estatem facit: fit itaq; ut duas hiæstætes habeant unam cum hyeme, antè, quā illi estatem habeant primam. Simili modo sole apud illos in Austrum uersos, mouente, euenit, ut duas æstates, et hyemem unam habeant, quando his hyems continua est. Extra tropicos igitur habitantes omnia anni tempora semel habent, & in Antœcis, Antipodibusq; contrario modo. Intra tropicos autem omnia bis, quod ipsum sicut ex instrumentorum fide euidētissimum est: ita quoq; nisi horum ope adiuuemur, fieri certe nequit, ut recte intelligamus. Est igitur in harum rerum edissertatio ne, ad tabulas, & ad illā, quā materialē sphera nonuunt, recurrendum, ut intellectus capacitatēm, sensuum certitudine instruamus. N E C I L L V D quidē hoc in loco citra noxā præterierim. Quod si terra secundū eius latitudinem cōperta foret, aut adhuc, ut euenire potest, in meridiē expansa cōperiretur, cui latitudo ad. 67. gradum, aut ultra leuaretur. Dari possent Antœci, quibus bis in anno nec dies, nec nox simul esset, cōtra cōmūnē autorū opinio[n]e. Ratio huius est, quod sole existente in primo gradu Canceris, dies continuus est, minimum. 24. horarum, prædictarū in Septentrionem latitudinem habentibus. Interim uero nox continua. 24. minimum horarum Antœcis, qui eandem latitudinem in polum oppositum haberent, propterea quod ipsis gradus Canceris primus sub horizonte est, nec apparere potest. Sicut nec his primus Capricorni gradus apparet, quibus primus gradus Canceri non mergitur. Fit itaq; ut talibus Antœcis in altero hemispherio dics, in altero nox sit. Nec sanè hoc ipsum citra huiusmodi latitudinem fieri unquam potest. Atq; hæc de Antœcis hactenus. Antipodes sunt ex his omnibus, qui opposita sibi uestigia cōtrouertunt, siti ad puncta diametri per centrum mundi discurrentis, hinc nominati quod pedes obuertant sibi. His omnia nobiscum contraria sunt, illis exceptis, qui sub æquinoctiali siti sunt, si modo sunt: nam omnia illis preter diem & noctem, quos alternatim habent, communia existunt. Hinc Mela uere dixit, zonas temperatas paria quiādem anni tempora agere, uerum non pariter: nam ut dixi, contrario modo nobis & illis proueniunt. Preterea constat Antipodium omnium unum horizontem esse, sicut & eundem meridianum, cum diametro distent, oppositis hemispheriorum punctis, interuallo semper. 180. graduum interueniente, scandum mensurationem æquinoctialis. Ita dem & Antichthones nominantur à contraria terra inhabitata. Mela tamen per Antichthones Antœcos magis intelligit, cum eorum situm ob ardorem intercedentis plage nobis incognitum esse dicat, quasi facilis nobis ad eos in meridiem transitus foret, nisi ardens zona interciperet. Porro Antœci & Perœci uario respectu Antipodes siue Antichthones dicuntur, ut nos Antœcorum nostrorum Perœcos Antipodes sumus: nostri Perœci Antœcis nostris Antipodes sunt, ita & è regione. Antipodes autem esse, & quonam modo sint, contra Macrobijs & aliorum multorum sententiam, abunde in Epistola ad Rudolphum nostrum differuimus, multa pro Augustino, & contra Laetitium locuti, quem Galeottus Narniensis capite. 14. libri de incognitis uulgo, cuius mihi postea copia facta est, pari propè quo nos modo, incessens, de situ Antipodum ita sentit, ut ad eos doctrinam Christi nunquam peruenire potuisse contendat, ratione tamen qua id fieri nequierit nusquam redditum: nisi suspicari licet in horum eum sententia fuisse, qui in accessos nostris Antipodas falso crediderunt. Christi autem uerbum si in Indianum extimam, in Hispaniam & semidesertos Lybies tractus penetrasse creditur, cur ad Antipodes idem exire potuisse dubitamus? At eo in tractu ad extimum occiduum collato, interuallo, octoginta graduum Antipodium situs deprehenditur. Scimus quidem & Augustinum nono cap. decimi sexti libri de ciuitate Dei. Antipodium positioni nihil tribuimus, quod qua causa factum sit, alibi abunde explicauimus, sanctissimum Antistitem à calumnia tutati, qui iustis causis adactus non potuit non negare, quod magno errore sue ætatis uiri aliquot Mathematica prodidissent. Galeottus autem recentiorum, & in primis Iani de regio Monte, cum quo in Matthiae Vngarie regis aula conuixit, autoritate excitari debebat, quo minus quod nulla ratione confirmare potuit, temere afferuerit. Sed Martianus Capella libro sexto nescio ignorantia ne an imprudentia, que Perœcorum sunt, Antipodibus tribuit, & Perœcos Antipodas nominat: quo in loco quia grandia, & diligent annotatione digna errata sunt, singula, ne quis studiosorum, Capellæ secutus auctorelio alioqui classicum, nostris diffidat, recensere summam placuit. Antipodes (inquit) unum nobiscum tractum perfuerunt hyemis, & flagrantiam communis æstatis. &c. Verum est hoc de Perœcis, nam Antipodibus omnia contraria sunt. Porro quod Antipodes Perœcos nominat, condonari ei posset, nisi errorem intricaret errore. Ait enim nobis Septentrionem conspicabilem, illos, id est Perœcos latere sine fine. &c. Si ueros intelligit Antipodes, uerum

Dari possunt
Antœci, qui
nec diem, nec
noctem medi
am simul ha
bent.

Antipodes qui
dicantur.

Galeotti er
ror.

Martiani Ca
pelle gran
dia errata.

uerum est. At illi reliqua tempora conformiter nobiscum non habent, quod ipse tamen assert. Si Pericēcos indicat: quomodo id fieri potest, ut eadem nobiscum sydera non intueantur. Cum omnes qui sub eodem parallelo, circumuersae terre siti sunt, non possint non eadem sydera contueri. Licet alio, alioq; tempore ipsis cernantur, sicut multa diverso tempore occidunt, & oriuntur. Similis error est de Pericēcos Antēcorum nostrorum, quos Austrinum polum penitus ignorare falsissime assert: Nullus enim trans æquatorem parallelus signatus est, qui omnia eius lateris sydera contueri aliquando non possit. Et infra paulo, in medium fasciam, id est, regionem æquinoctialis habitantibus cotidie ortus, occasusq; mutari ait, quasi hoc non uniuersis terræ accolis contingat. Nullis equidem ex eo parallelo soleras oritur, quo hodie ortus est. Tum quod ait: Super quos sol est, his citius exoritur, tardius aut ob diē longitudinē, et zodiaci obliquitatem mergitur. Rursum quod inquit meridiano die nullas illic umbras esse, falsum est. Nullus enim intra tropicos situs est, qui umbras in Arcton, uel austrum projectas non habeat. Illo solo tempore excepto, quo uerticalem parallelum eius Sol occupat, ut suo loco uberioris prosequemur. Quanquam illud uerum est, quod inquit extimas zonas Antipodes nō habere, quia propè inhabitabiles sunt, sed ipse sibi inuicē fiant habitatione Antipodes. &c. si ad ueros Antipodes referas, quos tamē hoc uocabulo Capella nō intellexit, aut si intellexit, ita inuoluit, ut se docto

Albertus nul-
lam stellā sub-
polis appare
re ait.
Baptistæ Pij
incuria.
Lucretij er-
ror.

ore accipere horum discriminē neque as. Bene uero ait, sex mensibus fixas illic stellas non apparere, propter perpe-
tuam solis per sex signa presentiam, cuius lumine minores stellæ absconduntur. Verum in hoc nisi fallor nutat,
quod medium fasciam cū extremis inhabitatiblē à principio dixit, & infra paulo de eis ut habitatis uerba facit. Ba-
ptista uero Pius hanc Martiani sententiam apud Lucretium libro primo secutus, falsa pro ueris attulit, & erran-
tem autorem, belle male sentientis autoris Coronide adornauit, nam ne ipse quidem Lucretius, qui terræ seu mun-
do nihil esse medium contendit, Antipodes recte negavit, cum falsum esse putat. Illi cum uideant solem, nos syde-
ra noctis cernere, & alternis nobiscum tempora cœli diuidere, & noctes pariles agitare diebus. Sed uanus (ait) stu-
lidis hec omnia parturit error. Verum nil mirum est, autorem in naturæ rerum explicatione toties hallucinantem,

Alberti Mag-
ni de situ An-
tipodum non
satis clara de-
scriptio.

in eo quoq; ipso lapsus esse, quod suis temporibus haud satis, nec exacte compertum, hodie non sine magna Ma-
thematicorum perquisitione fidem capere potuit. Postremo illa mihi, que Albertus capite decimo libri de natura lo-
corum, in Antipodium descriptione refert, aut corrupta librariorum incuria, aut à ueritate, reiq; evidētia aliena
non possunt non uideri. Eius uerba post Pericēcos & Antēcorum descriptionem hec sunt: Opposite autem ha-
bitant, quorum unus est parallelus secundum latitudinem, sed non est eis longitudo una, sed potius distant secun-
dum magnam longitudinem, que est secundum circulum: hoc autem est quando distant per totum semicirculum, tunc
enim distant secundum longitudinem totam diametri, & uertunt pedes contra se inuicem, ita quod Diameter intelle-
ctualis parallelī circuli per zenith capitum, & per pedes, & per centrum semicirculi transit. Et isti uocantur Antipo-
des, uel Antigeni, & sunt in nostra habitibili sic habitantes omnes, qui sunt in uno & eodem climate elongati à se
inuicem per totam longitudinem orientis ab occidente nostræ habitabilis. Est autē habitatio talium æqualiter quidem
calida & frigida, humida & siccata, per unam & eandem latitudinem quam habent: non tamen in una hora habent
orientem & occidentem, sed potius differt per sex horas ortus istorum ab ortu illorum, & similiter occasus.
Hec Albertus, quibus Antipodes quidem describit, uerum sicut ipse refert, à Pericēcos nihil diuersis: quod & ipse
Martianus, ut indicaui, commisit, miranda me Hercule incuria. Nam Antipodes esse in uno parallelo, æquinoctiali ex-
cepto, impossibile est. Nec ad cuiusq; circuli diametrum contrapositio Antipodium sequitur, sed ad eam tantum que
maximo parallelo respondet, & hemicycllos effiat, utringq; 180. gradus ad commensurationem æquatoris excurren-
tes intersecans. Præterea Diameter parallelī cuiusq; (æquinoctialem semper excipio) ita se habet, ut oppositis
punctis eiusdem circuli stantes haud quam per uestigia eoru, & zenith capitum trajecta queat, ad eam contrapo-
sitionem, que Antipodium est, quando Diameter Antipodes metiens, necessario sui medio terræ centrum figat: quod
in nullo alio præter æquatorem parallelo eueniire potest. Quid igitur in his Alberto tribuendum, docti iudicent. Ego
tantum uirum, cui inter omnes qui latine scripserint Aristoteli interpretes, primus citra controvēsiā locus debe-
tur, imitari malo, quam in ancipiū sententia culpare. Quod si eruditiorum iudicio lapsus est, errorem non ingenio,
quod omnium artium capax erat, sed temporibus tribuo. Nam de Antipodibus maximi scriptores, maxime perple-
xe ante eum tradiderant. Quod autem ait, alterum ortum ab altero, spatio non minori sex horarum distare, nec
Antipodibus planè, nec Pericēcos conuenire uidetur. Cum enim nobis Sol oritur, fit ut Pericēcos nondum occiderit, ut
exposui supra. Præterea cum oritur nobis Sol, nullo horarum intermedio spatio Antipodibus nostris, si illi sunt,
occidit: cum uero illis oritur, nobis occidit, in æquali semper dici noctisq; utrorumq; quantitate. In hoc autem cum ue-
tustate lapsus Albertum non dubito, quod eiusdem libri duodecimo capite, ab inferiori nostri lateris hemispha-
rio neminem ad nos peruenire ea causa confirmat, quod quantitas maris Oceani interiacentis undique circa ter-
ram per circuitum, & propter nimiam distantiam (suis uerbis utor) locorum suorum transnauigari non possit. In
qua sententia Macrobius, Mela, Capella, alijq; non sanè pauci fuerunt. N V N C ut habitari queant uideamus.
Duas zonas habitari, tres inhabitabiles esse iam à Thalete, Pythagora, Pythagoreis, & in uniuersum à Gracis Lat-
tisq; scriptoribus, adusque tempora Ptolomæi creditum est: nec hodie adeò potita uictoria est ueritas, quin sint qui
ueteres quam recentiores sequi malint, moti cum primis (à quo dissentire piaculum sit) Aristotele, qui capite 2. tertij
Meteo, medium estu, extremas frigore inhabitabiles esse ait. In qua sententia Hipparchus, Artemidorus, Posido-
nius,

Albertus cum
antiquitate la-
bitur.

An media zo-
na sit habita-
bilis.

nus, Eratosthenes, Strabo, Plinius, Macrobius, Capella, Mela, ceteri, ut dixi, extiterunt. Contrarium autem sentiunt Albertus & Aucenna, magni in philosophia uiri, & ut autoritat recentiores, ita magis certi. Qui Ptolemaeum sentiunt, rem ut est, deprehendisse mihi uidentur: quoq; magis his fidem adhibeam, Ptolemei facit authoritas: Nam cap. 5. libri Cosmographiae primi, in terrarum perquisitione, & his que ad uarium situm, uariamq; habitationem pertinent, recentioribus credendum esse affirmat. Si quis uero illorum, qui diuersae sunt opinionis, historias respicit, deprehendet contraria quidem sensisse eos: ceterum non satis compertum habuisse de terra, ut in longum, latumq; expanderetur. Porro inter Aucennam & Albertum haec diuersitas est, q; sub æquatore ille tēperatiſimā omnīū habitationem esse existimat, hic temperatiſimā non simpliciter, sed respectu tropicorum, locorumq; que proxime eis subſunt. Nec dubitat extra Zonam illam esse Clima, quod multō sit temperatius ex contrariarum qualitatum iugali temperie, quam locus sit æquatoris. Galeottus autem Narniensis, multæ lectionis homo, & Philosophus haud sanè ignobilis, in eo libro quem de incognitis uulgo ad Mathiam Coruinum Pannōnum regem scripsit, sub polis etiā et propè, habitationem esse contendit, rationibus suo loco referendis. Ex Alberti ergo sententia, quam cap. 5. libri de locorum natura & cap. 19. tractatus primi, libri tertij Meteo. prosequitur, in regione illa, quam exustam ueteres dixerunt, sub æquatore multo est temperatiō habitatio, quam sub tropicis aliubi esse posse: quod hoc modo non intelligendum est, quo hodie solent plerique, semper uidelicet ita esse sibi persuadentes, sed ratione presentie Solis. Nemo enim dubitet, quin Sole Capricorni solstictium occupante, temperatiō sit sub Cancro habitatio, quam sub æqui noctiali, & è regione, temperatiō omnia ad Austrinum tropicū, quum Cancer uerticem Sol premit, omnia ergo ad Solis presentiam referenda sunt. Qui dum ad æquinoctiū parallelum uersatur, subtus habitantibus lenior esse solet, tamē si eius radius bis in anno illic perpendicularis fiat, & in se ipsum reflectatur, tamen non diu figitur in eodem loco: quoniam circulus Solis ibi extensus est, & recto ferè cursu recedit ab æquinoctiali, nec rursum accedit ad ipsum, nisi interpositis quatuor minimum signis: & ideo caloris accessus non figitur circa locum unum, nec adurit facile, cum interueniat magnum tempus inter Solis calorem, quem accedendo, & cum quem regrediendo facit: fūq; ut unus calor alium in loco non inueniat: unde fieri non potest, ut calor ibi uehementer multiplicetur. His recte intellectis, eorum contentio, qui radium perpendicularē his locis adurere putant, facile eliditur: nam temperatiō caloris causa quoque est diei noctisq; equalitas, & profunda Solis sub horizontem mersio. Vnde fit, ut calor utaque duodecim horarum cursu auctior factus, & noctis longitudine temperetur, faciatque uolubiles radios minus uehemētes. Declinatio autem quoniam ad æquinoctiū citissime uariatur propter angulos rectiores, quos intersectus à Zodiaco facit æquator, indubie id quod Albertus afferit, efficit, ut Solis mora diurna illis nō sit. Præterea, ut ipse (si modo is commentarius suis est) distinctione decimaseptima libri sententiarum secundi ait: Sol in equatore dum est, in maximo parallelo est, fūq; ut citissimo raptu uoluatur: hinc autem cum in minores circulos secedit tardiorem eum esse, & in moram, quam sub tropicis facit, magis magisq; declinare: terræ quoque, dum ad tropicū Capricorni descendit, propinquorem fieri. Quod autem radius illic non adurat, res ipsa docet; cum secundum Ptolemeum & alios, Arim ciuitas, que sub æquinoctiali est, frequentis habitationis sit. Nec est uerum, ut idem ait Albertus, quod inter duo calidissima nullum sit temperamentum, ut quidam diuersum sententes obijcere solent: quia tropici simul calidissimi nunquam sunt, cum Solis presentiam nunquam simul habere possint. Recessus enim Solis efficit frigus, ex uictoria elementorum inferiorum inductum. Ideoq; licet frigus non sit illic in summo, est tamen ibi, ut temperans extreme calorem. SVB tropicis autem molestiorem habitationem esse Sole presente, hoc ipso notum est, quod præter hoc quod radium habent perpendicularē, & diem maiorem quam sub equatore, Solis ibi declinatio secundum gradus latitudinis, non cito uariatur, cum Zodiaci illic flexus Tropicum attingens angulos admodum acutos faciat. Circulus item signorum arcus est, & chordæ eius parue iuxta puncta, que attingunt duos tropicos: uiginti enim gradus Geminorum ultimi, ait Albertus, parum distant à uiginti gradibus Canceris: & si ducentur chordæ à gradibus Geminorum ultimi, ad gradus Canceris primos sibi inuicem per æquidistantiam à puncto solstitiali respondentes, erunt chordæ breues, que subtendentur arcibus paruis, eò quod circulus signorum ascendit ibi ad punctum tropici, & descendit ab eodem. Addo quod Sol à principio Virginis per æquatorem ad finem Librae motus, id est spatio. 60. graduum circa angulos rectiores declinationem hinc inde, plus minus duplo maiorem facit, quam faciat à Tauri principio ad Leonis finem, id est excursu. 120. graduum. Et è regione à principio Piscium ad finem Arietis, ultro citrōque declinationem, per accessum ad æquatorem, & recessum ab eodem, duplo plus minus spatio mutat, quam cum per Scorpionem, Sagittarium, Capricornum, & Aquarium mouetur. Ratio horum ex antedictis nota est, & instrumentis demonstratur. Sol ergo quando uadit à decimo Gemini-ram per solstictium in uigesimum Canceris, quasi stare uidetur in loco eodem, & statu suo continuo terræ habitationē exurere. Præterea cū accedendo haud longe à loco abeat, & reuersus à solstitiali multa mora, radijs suis in eadē inadat, ut quasi cōduplicata radij ui, quecumq; subtus posita sunt, summa caloris molestia premantur. Ceterum si sub parallelo æstiui solstitiali habitatio est, ut eam esse hodie compertiſimum habemus, quis neget & sub æquinoctio esse, & hic quidem ex causis adductis temperatiōem: sub tropico uero Capricorni, quia præter illa que hactenus retuli, hec quoq; peculiaris caloris ratio est, qđ Solis illic oppositū est augis, et ideo maior eius ad terrā propinquitas: cōsequēs est, ut ardētior sit æstus. Et ideo pleriq; tractū eius, Zonamq; ultra illum, meridianam omnino inhabitabili esse dixerunt. Quamvis Franciscus Capuanus de Manfredonia huic Solis uicinati, præter radij perpendicularē incidentiam,

Galeottus
Narniensis.
Alberti de
media zona
sententia.

Inter duo al
ternatim ca
lidissimā tē/
peramētum
ebe potest.
An sub tropi
ci habitatio
sit, et quomo
do.
De Canceris
tropico.

De tropico
Capricorni.

Franciscus
Capuanus.

incidentiam, non multum ad caloris productionem tribuat. Qui uero meridianam illam regionem trans æquatorem, contra fidem omnis antiquitatis, non habitari afferunt, sunt hodie quos equidem legerim, Petrus Cameracensis, & Rubertus Linconiensis clarissimi, ut ea ferebant tempora, theologi & philosophi insignes, secuti Ptolemeum, qui alius locum illum inhabitabilem dicere uidetur, quod ad illum minor pars diametri Solis conuersa sit, ideoque ob uicinitatem corporis Solaris totus ille tractus habitatione caret. Ille quidem in duodecima questione Astronomicarum, multa pro se afferens, multa probare conatur. Verum ut mihi uidetur (salua tanti uiri autoritate) incassum, & citra efficaciam, taceo quod falso afferit, sub Capricorni tropico in hyeme illorum nimis excedens frigus esse, sicut illic in estate nimis excedens calor existat. Cum constet tamen, ut dixi, tunc Solem à Capricorno non magis abesse, quam à nostro parallelo abest in maxima estate nostra: nec probat ratio, quam de auge ab ipsis remota proposuit. Neque id belle quadrat quod ait: sub æquatore esto illic temperata regio sit, neminem tamen hominem habitare, unica auctoritate motus Albatheni Astronomi, qui id in suo de motu syderum opusculo scripsit. Rubertus autem Linconiensis, summi ingenij, & eruditionis minime protrita Philosophus, in hoc ipso cum Macrobius, & antiquitate labi maluit, quam ulteriori scrutinio in re, quæ sibi forte incerta uisa est, periculum facere, in compendio suo de Sphæra, duo maria cingere totam terram, & illud quod terram contingat sub polis, Amphitritem uocari, rea liquum uero Oceānum dici afferit: atque his terram totam in quatuor quartas diuidi, quarum una tantum inhabetur. Potiora mihi multò Alberti nostri uerba sunt, qui capite de natura locorum septimo, illis opinionibus reiectis, hoc modo sentit. Nos autem, saluo meliori iudicio, dicimus aliquam partem quartæ, quæ est ultra æquinoctiale ad meridiem, esse habitabilem secundum naturam, & etiam habitatam, ut putamus. Nec falsus est Albertus, cum hodie habitari eam adeò compertum sit, ut dubitare nemo sine apertissima ignorantiae suspitione audeat. Alberto suffragatus est iam olim Auerrois, qui libro de cœlo & mundo quarto, suam & Aristotelis opinionem esse ait, quod illa loca habitabilia sint. Suffragatur & Ptolemaeus, qui in libro de sphære dispositione, sub utroque tropicoru, & sti-
uo scilicet & hyemali, habitare æthiopes ait. Afferit tamen Albertus sibi dubium non esse, sub Capricorni tropico, cum præsente Sole torretur, laboriosam admodum habitationem relinquere ob causas supra adductas: uerū id spatium, quod trans tropicum in meridiem ad latitudinem. 43. uel. 50. graduum in polum Austrinum panditur, non so-
lum continuæ, sed & temperatae habitationis autumat: & maiori etiam latitudine, quam nostrum, quod ibi ex operis mundi natura cœlum sursum est, & iam indicata Solis uicinitas plus frigus regionum illarum temperat, quæ distent ab æquatore gradibus. 50. quam ad aquilonem, quod nobis aux immuneat, illis uero augis oppositum. Quod autē ra-
ras illorum ad nos transitus est, non Oceanis, ut Macrobius & alij: non æstus, ut ijdem opinati sunt, intercipit: sed magis, quemadmodū hodie experimur, quod suorū terminorum propè contenti, in multa rerum copia quieti uiuunt, pacisq; quam belli magis amantes, nudi & multis in locis armorum nescijs degunt. Adeò proculdubio non solliciti, an his in locis ubi nos sumus homines habitent, ac nos siuimus, anxiæ iam olim, an ubi illi sunt, homines essent, nostris aut armorum glorie cupiditate, aut que nihil non penetrat, avaritia duce peruestiganibus. Mirum est, Europam tan-
quam suarum uirium non capacem, nullam cognitæ terræ partem armis non tentasse. Europeos enim Africa sensit, tremuit Asia, se interim incolumi & quieta, uictrice etiamsi quis tentare fuisse ausus. Nam ex Asiaticis pulsus Xerxes, pulsus Darius, quorum tamen opes cœlo imperare debuissent. Ex Africa, in soleus Carthago, multis quidē annis, sed non seculo uana spe obiscere se ausa, tandem extincta est: nec magis unquam Europa alienis, quam suis ui-
ribus lancinata est. Hodie proh dolor uiribus nostris nescio qua desidia languentibus, Thurcam immanem non solū ex Asia (ubi dudum potissima ecclesiæ sedes fuit) non pellimus, sed in Europa, & ea quidem eius parte, que ferti-
lissima, & locorum celebritate memoratissima est, ita sustinemus, ut eius libidinem stipendijs etiam annuis, & ultro oblatis tributis alere, & souere non uereamur. Sanè qui interiora & Austrina habitant, ut non petuntur, ita nec pe-
tunt ipsi alias armis, cœlo ipsorum quacunq; causa mitiore, quam sit nostrum: quod ursis, quod serpentibus, quod telis, & angubus, tum & Perseo & Hercole ad pugnam natis olim uiris bona pars Arctoi lateris insignis est, ani-
mis nostris parem fortasse naturæ ferociam inspirantibus. Albertus rari transitus causam existimat solitudinem, intra tropicos multis in locis uastitatem, quas superare difficultimum sit: præterea in Africa, quæ terras habet paucim-
tentis barenae, uenti exorti in ipsa barena procellas suscitare, & stūque ciere non minus quam in pelago solent.
Quidam fabulis, ut natura est mortalium, oblectati, temperatam alteram inaccessam nostris ideo crediderunt, quod montes esse ad torridam inter medios accepissent, ad quos Magnetis carnem humanam audiblissime trahentis magna uis esset, quæ nullos prorsus homines transmitteret. Hodie uero, ut se habeant omnia hæc, ex uictrice illa nau-
igatione Regum Portugallie in Calicut Indiæ, diligentí obseruatione deprehensum est. Non æstus obest per totam torridam nauigantibus: denique ne perpendicularis quidem radius ad politissimam superficiem reflexus adeò subeuntis infestat, ut minus expedita sit nauigatio. Quodque unicum omnium laborum præmium esse potu-
it, deprehendit Vespuccius in signis mathematicis, terram nusquam Oceano (ut illi crediderunt) à nostra omni-
nino interceptam, & trans torridam, & ultra Capricorni parallelum in Austrinum, non minori latitudine, quam
parallelus noster à Cancri tropico abest, extendi: inibique frequentem esse æthiopum habitationem. Nec est quod dubitet quisquam: nubil enim tam sub manu est perito Mathematico, quam locorum obseruare latitudinem. Est igitur illuc temperata, cui Austrinus polus, ut nobis arcticus eleuatur: & in eo tractu Antœci nostri sunt, contra omnium,
qui unam tantum quartam habitari dixerunt, sententiam: nec eius quidem situs ob ardorem intercedentis plage

incognitus

Cameracensis
incuria.Linconiensis
incuria.Alberti senten-
tia.Auerrois.
Prolem. eus.
Sub tropico
capricorni
molestior ha-
bitatioCur rarus
Antœcorum
ad nos tran-
situs:Europa ex/
terni impe/
rii sepe cu/
pida fuit.Nostrorum
temporū de-
fidaNauigatio
ex Lis bona
in Calicut.

incognitus unquam fuit, aliud referente Pomponio, quam ueritas habeat. Qui tamen libro tertio Tāprobanem gran-
dem insulam esse ait, & ex Hipparchi testimonio primam partem orbis alterius. Si orbis alterius, id est, lateris
Austrini temperati pars prima, cur incognitam alteram zonam temperatam Mela negas? si non est, unde scire
potuisti ita non esse? cum dicas tamen, quod Hipparchus scripsit, prop̄ uerum esse. Plinius certe capi. 22.lib.6.
frequentissime eam uel ex recentiorum testimonio, habitationis esse scribit. Ptolemeus autem sub æquatore sicut dea-
monstrat: unde consequens sit, sub æquatore prop̄ ad Auicennæ sententiam habitationem esse temperatissimam. Nā
Solinus incolis etatem annosam, & prop̄ ultra mortalium fragilitatem extendi ait. Si hanc igitur sub medijs estibus
iacentem Onesicritus Alexandrinæ classis prefectus deprehendit: quid obera, quo minus sub torridam omnes in-
gredierentur? cum Claudi temporibus legati quatuor ex his locis duce eorum Rachia, ut Plinius scribit lib.6.egressi
fuerint. Addo quod Pomponius tertio libro scribit supra Aegyptum Meroēnos esse, qui partim Macrobiū nominen-
tur, quod ipsorum uitæ spatium, nostram etatem dimidia exuperet. Meroēnos autem intra Cancri tropicum, et æqua-
torem esse Ptolemeus author est. Quid quod libro tertio ait Eudoxū auorum suorum temporibus, cum Lathurum
Alexandrie regem profugeret, Arabico sinu egressum, per hoc pelagus, ut Nepos affirmit, Gades usque peruenctū
esse? Sicut & Hannonem Plinius capitu. 69.libri secundi per fretum Gaditanum egressum ad Arabiam usque ua-
nisse, & suam nauigationem scripto prodidisse afferit: mirū, non costos fuisse Eudoxum & Hannonem, in dupli-
ci per torridam zonam transitu: cum tamen, ut idem ait, propter syderis incendium, temperate inuicem peruviae non
sint. Idem Plinius cap. 16.libri secundi, nihil habitari in terris, quam quod zodiaco subiacet, cōstanter afferit: ter-
mini autem obliquitatis zodiaci sunt paralleli tropici: sub ardore igitur, teste Plinio, unica mortalium habitatio e-
rit. Cui opinioni fundamenta iecisse Stoici uideri possunt: qui, ut in Placitis tradit Plutarchus, Solem subiecti sibi
alimenti tractum percurrere dixerunt: eum autem esse Oceanum & terram, cuius exspiratibus pascatur, ut hoc modo
zodiacum zonis temperatis obduci falso crediderint: Ut & Maro ex Eratosthenis sententia lib. Georg. primo, qui
(quod & supra retulit) zodiacum per ambas temperatas tendi, suis fortassis authoribus innexus creditit. Idem enim
& Probus apud Virgilium aperte confirmat, & Plinius hoc ipso prop̄ indicat, quod ait reliqua sub polis squalere,
ad que zodiacus non excurrat uidelicet. Qui interim tamen. 72. cap. lib. secundi diuersum tradit. De his autem &
centum alijs Plinianis erratis, Georgius Collimitius Medicus & Mathematicus, digna eruditis, digna quibusq; stu-
dioſiſsimis propediem in lucem itura, adnotauit: uir qui pr̄ter summam integratatem, morūque in eo modestiam,
nullius ad rerum naturæ explicationem attinentis doctrine expers est. Quod si quis tot insignium scriptorū unam
sententiam animo persequitur, intelligit, id quod ipsa res habet, priſcos ſepe contraveniſſe ſibi, & pugnantia inue-
cen tradidisse, ex ſola, ut uidere uideor, longitudinis latitudinisq; ueræ, quam Ptolemeus alijsq; deinceps reclus de-
prehenderunt, ignorantia: quando uetustissimorum nimis obſeruata authoritate, non aliud interim inouante experi-
entia, ſiue magis illis, qui experiri poterant aliud agentibus, prioribus posteri ſecuri adhæſerunt, annuitq; author
authori: quod dum fit, magnis in eſibus agitata ueritas raro ad certitudinis portum peruenit. Auicennæ uero ſen-
tentiam Alberti uerba non confirmant modo, ſed etiam explicant: in hoc tantum diuersi, quod capi. II.lib.de natura
locorum, in quo de climatum temperie diſputat, ab Auicenna diſcedit, existimans locum mediū inter secundū & ſe-
ptimum clima, multo eſſe posſe temperatiorem, quam ſub æquatore, ex eo quod temperies ſub æquinoctiali nō ſit in-
ter contraria, ſed potius inter duos excessus eiusdem qualitat̄: & ideo locus (inquit) mediū non eſt temperatus ſe-
cundum calidum & frigidum, ſed potius remiſſior in calido quam alia duo loca. Locus autem mediū inter frigidis-
ſimum & calidiſſimum eſt temperatus ſecundum frigidū & calidū, & ideo temperatior & delectabilis magis. Cu-
ius contrarium Auicenna contendit cap. de Complexionibus ſectionis prime primi can. ubi hæc eius uerba ſunt ma-
gis fortaffe barbare tralata, quam in ſua lingua legantur: Cum p; regiones attenderimus, certificatū nobis erit, quod
ſi fuerit locus qui inhabitabitur ſub æquatore diei, neq; aliqua de rebus terrenis obuiando ipſedierint, mōtes uidelicet
au maria, oportebit ibi habitantes equalitati certe propinquiores exiſtere, quam alicuius regionum, Iā aut nobis af-
firmatum eſt: quod opinio, que accipit, quod excessus ab equalitate eſt cauſa propinquitatis Solis, eſt falsa. hæc Au-
icenna: qui cap. 8. doctrinæ ſecundæ, ſectionis 2. primi Can. in eadem eſt ſententia. In illa uero ſententia, que adhabita-
tionem attinet terræ æquatori ſubiectæ, Ptolemeum eſſe lib. Almageſti ſecundo, et in libro de diſpoſitione ſphæræ,
ante diximus. Albertū ſequuntur omnes illi, qui ſue doctrinæ ſunt adiurati, nec facile ipſe aliud ſenſerim: nam ubi
in rerum naturæ perquisitione bene afferit Albertus, ibi neminem habet ſuperiorem: homo, ut credo, ad naturæ ex-
pliſandā maiestatē genitus: cui ſi quid defuit, id cōmuniē temporū ſuorū calamitatē obuijs manibus accepturo preſtare
noluisse credendum eſt. Auicennæ partes tutantur Medici, & in primis Petrus de Abano Patauinus, excellēſſimus
in philoſophia uir, cuius ſuper ea re quæſtio extat, differentia. 67.operis ſui Miscellanei, de diuersis philoſopho-
rum, & præcipue Medicorum placitis conſcripti. Ptolemeus & ipſe qui ſua conſirmaret habuit, e quoruſ numero
potiſſimi ſunt, Albategni, Hali, Rhodoan Astronomus & Medicus, Nicolaus, & Iudeus, interpretes ſui: addo &
inclinatum diuifione Alphraganum. Capuanus tametiſi nutat, & in qua eat pedibus ſententiā dubius eſt, tamen (niſi
male hominiſ animum accipio) Alberto & Auicennæ palma tribuit. Iuſtus uero recētiorum theolo gorū numerus, Ari
ſotēlem ſcutus, torridam inhabitabilem eſſe, contra recentis experientię fidem, contendit: qui, quod equidem ſciā,
omnes prop̄ una ratio ne nituntur, hiſq; medijs, que cap. naturæ locorum ſexto Albertus pro his, qui cōtrariū ſetiūt
adduxit. Sed paucos nominare libet, Durandus de Portiano, magni uir in genij, & ut ſua permittebant tempora, in
ſacrarum

Mela ſibij
ſicōrarius.
Tāprobanc
ſitus ubi.

Onesicritus.

Meroeni Ma-
crobiū.

Pliniſſrror.

Locus Vir/
gilij.

Georgius
Collimitius
Mathemati-
cus.

Vbi ab Au/
icenna Alber-
tus diſſerti-

Ptolemeus.

Petrus de
Abano.
Albategni.
Hali.
Nicolaus &
Iudeus.

Capuanus.

Durandus,

sacrarum literarum studijs ad prime excellens, lib. sententiarum secund. distinctio. decima septima, de situ Paradisi anxie disputans, sub Zonæ mediæ æstibus, in planicie habitationem esse negat: ideoq; eam montis nescio quo illic uerice statuit, qui radiorū reflexione adurentium altitudinem superet, nec tamen in frigidam medianam aëris regionem omnino eleuetur. In qua sententia cum sece tanquam Peleus (quod aiunt) in machæra miretur, quemuis montem fin gere maluit, quâm à Bedæ authoritate recedere, que commentandi libertas utinam Theologis nostris paulò rarius usui foret. Eandem opinionē Marsilius de Ingenu Germanus in eisdem loci explicatiōne scaturit, illud grande dubium mouet, an si sub æquinoctiali sita sit Paradisus, primi parentes electi, potuerint transire torridā Zonam, ueniendo ad climata habitabilia? Mirū car non. & hoc dubitauerit: Cur deus egressis Paradisum, tunicas in tanto æstu pelliceas fecerit, cum mediæ Zonæ calorē uel nudi non potuerint sustinere. Durandus sue sententiae hanc rationem facit. Clima maxime remotum ab æquinoctiali, est frigidissimum propter maximam à uia solis distantiam, ergo clima sub equinoctiali est calidissimum propter maximam approximationem ad uiam Solis. Quam totam ratiocinationem si admittimus, non statim consequens est, sub æquatore habitationem non esse: nam clima proximum æquatori. Ptolemaeus duodecimo gradu citra æquinoctiale orsus est, magis igitur tropicis habitationē Durādus demit, quâm æquinoctiali, eò quod primum clima non multum supra. 4. gradus à tropico Cancri finitur. Si uero damus, ut totum mea die Zonæ tractum intelligat, neutiquam argumentum locum habet. Nam extrema zonæ frigidissime sunt, non semper pari modo, nec solum propter obliquitatem radiorum, quos sol longe amotus illuc ejicit, sed propter longissimam absentiam magis: totis enim mensibus sex, his locis qui sub polis, uel propè sunt, Sol abest in anno, noctemque relinquit continuam: cūq; ibi aquæ natura frigidæ magna uis sit, & frigidos uapores reddat, intensissimum frigus esse, quod nulla hominum uita toleret, propè necesse est: sub æquatore autem illud calidissimum, quod afferit Durandus, non deprehenditur: primum, experientia: deinde, & ratione: & que enim sunt semper cum luce tenebre, & ea ratio est motus Solis per circulum obliquum, ut iam euidentissimis demonstrationibus deprehensum sit, sub extremis uiae Solis maiorem calorem fieri, quâm in meditullio. Præterea non video, unde illa necessitas rationē habeat, ut si extrema frigidissima posuerim, medium inter ea calidissimum esse debeat: præsertim quod inter illas frigidas zonas, & hanc calidam temperatæ intersunt. In summa uero falso est hoc, quod maxima solis præsentia sit causa maximi caloris simpliciter: hoc enim modo sub æquatore par esset calor, qui sub tropicis præsente sole exatatur, ut interim diei æqualitatem, & celeriorem illic Solis motum non memoremus. Consimilis huic & illa obiectio est. Datur terræ pars inhabitabilis propter nimiam Solis remotionem: ergo dari potest terræ pars ob nimiam eius propinquitatem inhabitabilis. Hoc soluturus Paulus Venetus inter Aristotelicos interpres non parum insignis, negat id statim sequi oportere, quod frigiditas uite maxime aduersetur, caliditas uero minime: cum uideamus naturā nostrā, excessum caloris magis tolerare, q̄ frigoris. Sed certum est, calorem int̄sum nimis, uite non minus aduersum esse, quâm frigus: quanquam eius iusta temperies uite sit nutrix. Dico igitur naturam, siue magis naturæ artificium, sub tam in signi cœli tractu, mortalibus habitationem adimere uoluisse: quod ipsum, si nulla ratione conuinci posset, demonstrarent satis, que de his locis æquatori suppositis hodie comperta sunt. Sub polis autem maria esse magis, quâm terram, quasi prouidente natura, quod illic ob uicissitudinis temporum penuriam incommodum esset uiuere, etiam si terra extaret. Nec ratio ulla est, que id præstare posse, ut sit necesse medium Zonam æstu inhabibilem esse: ex quo extrema frigore deserta sint, cum multa sint, & sum, quem tantum illic esse sibi persuadent, cohibentia, ut diximus. Quod si calidissimum loam in elementis esse quis necesse putat, propterea quod alibi frigidissimus sit, malo illum in igne querere, q̄ in sole. At ignis sphæram calidissimam esse uerissimile est: ne in Sole, hoc est ac principali naturæ regimine minime quodā, si Plinio credimus, hanc intolerabilem molestiam querere cogamur. Thomas uero de Argentina inter Peripateticos multæ lectionis Theologus, in distin. uigesimalib. senten. secundi, afferens Paradisum sub æquinoctiali positam, ex æqualitate diei, & noctis magnam temperiem intra tropicos fieri ait. Quod Scotus non admittit princeps alioqui in arguto illo disceptandi genere Theologus, cui. que. 2. distinctionis decima septima lib. Sen. secundi, sub æquatore temperatam habitationem esse non uidetur uerum: ex ea causa quod quando hyems est nobis frigidissima, non remouetur ab eis Sol, nisi 24. gradibus: tunc uero eis est propinquior, q̄ sit nobis in maxima æstate, in qua à nobis (inquit) per. 52. gradus distat: quare plus habent de calore in fortissima hyeme, quâm nos in maxima æstate. Hanc rationem multi per quam efficacem autuant, cum reuera non cōsequatur, quod intendebat Scotus. Quanquam uerum est, nunquam tantum ab æquatore Solem distare, quin propior sit subtus habitantibus, quâm his in uniuersum esse queat, qui declinationem habent maiorem. 25. gradibus: ex quo sequitur in eorum hyeme plus ipsis caloris esse, in maxima solis declinatione, quâm nobis in æstate nostra. Hoc si concedimus, non sequitur statim, quod calor æstatis eorum, quem sol supra Zenith ueniens facit, maximus, & intolerabilis existat, quod ille tamen intendit: Maior enim solis æstus est circa extrema eius plage, quâm circa medium, sole presente: sed circa extrema habitationem calor admittit: ergo & circa medium, imo initium primi climatis temperatus est, quâm initium secundi, & æquatori tamen proprius accedit, id quod ea satis, que ante de hac ipsa re attulimus, confirmant maxime, si interim æqualitatis magna, diei & noctis, quâm illic siti certa lucis, & umbrarum temperie habent, memores simus. Nec uerum est solem ibi magis calefacere, ubi citius mouetur: cum eum incerto parallelo, in quo mouetur tardius, uehementius calefacere efficacissimis rationibus doceri possit. Præterea nemo dubitat, calorem quem per motum ibi sol suscitat, temperatum fore, nisi luminis,

Marsilius de
Inguen.

Durandi res/
tio.

Rationis co/
futatio.

Alia obie/
ctio.

Paulus Vene/
tus.

Objectionis
confutatio.

Thomas Ar/
gentinensis.

Ioannes Sco/
tus.

luminis, & reflectionis radiorum uehementia habitatio illic aestuaret, que tamen omnia, ut dixi, temperantur: A Scoto uero, et reliquis cum Aristotele connuentibus, Paulus Venetus recensens: Terra (inquit) supposita & equinoctiali debet esse habitabilis, & temperata: nam licet habitantes in illa habeant in estate sole supra Zenith cap. eorum directe: tandem sol tunc ponitur in auge sui eccentrici, & ideo propter magnam remotionem solis ab eis non multum calcificat, nec habent hyemem multum frigidam: quia sol tunc est in opposito sui eccentrici. &c. Sed labitur, nisi fallor, quod aequator tribuit id, quod tropici est Cancri: nam nec in Ariete, nec in Libra Sol augem habet, sed in Cacro. Et hec de torrida hactenus. ZONA S extremitas damnata frigore perpetuo multis scriptoribus, Galeottus habitari posse contendens, non esse uerum ait, qd causa frigoris sit tantum solis longinqua, sicut nec caloris propinquitas eius. Sol enim plesrumq; ratione signi in quo est, uel aget apud nos illa uel minuit. Præterea rigor (ait) non est circu quoq; dispersus ut in forma circuli orbem ambiat, sicut nec feruor quidem totam excurrit in circuitu terræ plagam: nam ab alia parte adeuntur poli, ab alia nequaquam: quoniam stelle fixe plurimum operantur, & magis in uno loco, quam in alio ex prima impositione naturæ: nam ad polum arcticum uel antarcticum una uia accedere prohibemur, alia permittimur, ubi non est rigor commixtio prohibens. Dicimus itaque sub polis commodam esse habitationem: quamuis ab eisdem polis rigor eductus intemperatam constitut regionem. Nam sicut testimonio Mathematicorum omnis coniunctio per centrum est salutaris, per hoc quod temperata est, ita sub polis quoque, licet illi cum obliquitate radiationis regiones infestent, clementiam tamen aeris ex centro subiecti inducunt, perpendicularares enim radij hoc facilitant, hactenus ille. Qui mira quidem afferit, uerum per hoc fide carentia, quod nullum horum probat: quod enim ait, rigorem circuli forma iuxta polos non expandi, nec sub torrida calorem, qui ambientem tamen solem sequitur, & ab una parte polos adiri posse, ab alia non posse. Præterea sub ipso polo temperiem esse ex perpendiculari radiatione stellarum fixarum (cum nullus uspiam locus sit, qui uerticales, ut sic dicam, stellas fixas non habeat) nisi indicauerit qua causa, quoniam modo illi sint, que ut notissima confirmat, ne unquam quidem fidem adhibuero: præsertim quod multo aliter sentiunt classici scriptores, quibus cum errare hoc in loco malim, quam cum Galeotto bene sentire. Quid ni igitur cum Alberto sentimus potius: qui cap. de natura locorum octauo, extimas terræ regiones propter frigus inhabitabiles esse ait, idq; rationibus non futilibus, nec friuolis coniecturis confirmat. Latitudo uero commoda habitationis iuxta polos certa, & descripta esse non potest, propterea quod tempore presentie solis in signis borealibus, & maxime in Cancro, loca polo propiora habitationis temperie sumunt, & è regione tota polo vicina regio, que trans circum arcticum est tempore hyemis, adeo frigore incrudescit, ut remotiora inhabitabilia reddat. Sic quoque infima aeris regio incertæ magnitudinis est, cum per alia atque alia tempora maior, minorue prout caloris aut frigoris apud nos dominium fuerit, fiat. Existimat autem Albertus omnibus his locis, quibus dies ad mensis spatium extendi potest, sole Cancrum tenente, in hyeme habitationem ob molestissimum frigus negari: quod ita esse ea quoque loca, que ceteriora sunt, indicant: nam qui ultra latitudinem, seu declinationem. 56. graduum habitant, tantum frigi in terris suis habent, cu bruma est, ut sine uitæ piculo ab igne longus abesse non audeant, atq; inibi quoq; cu aestas est, magna frigus est sterilitas. Porro sicut sub æstu solis aliquibus in locis per eius presentiam, aut molesta, aut nulla tunc habitatio permittitur: eo autem abeunte rursum habitatio est: ita & in locis multis fit, que sunt in latitudine iuxta polum, ut in hyeme inhabitata, aut moleste habitabilia, estate temperiem habitabilem admittant. Consimile apud nos, quibus continua est habitatio, in montibus altioribus contingit: hi enim per æstiuos menses lato uiore amoeni nos sustinent, & pecori pascenti copiosum ministrant pabulum: at hyeme ob glaciem, nubes, nubes, ipsumq; in alto intollerabile frigus evenit, ut habitari nequeant. Itaque non dubito, quin multa loca ad poli regionem semper inhabitabilia crediderit uetus, que tamen per estate, & dierum in his locis longitudinem, habitabiles sunt, utcunq; aliqui radiorum obliquitatem causentur. Sub ipso autem polo perpetuum frigus est, ut Alber. autumat, sed forte non ita intensum estate, atque in hyeme est. Regionem uero tenebrosum esse non temere existimat, in qua haud unq; aut stelle appareant, aut sol, cum per dimidium anni sit ibi dies, & per anni dimidium continua nox: qd ideo contingit, quia excellens frigus illius regionis frequenter spissat aërem, & ipsum in aquam conuertit, ideoque effigie spissæ nebulae aër ibi super aquam expanditur: uirtus enim radiorum, Solis, & stellarum que ibi est, parua est: & quamvis illic multiplicatio sit ex reuibratione, tum propter aquæ politam superficiem, tum etiam propter naturalem aquæ frigiditatem, aquæ reperiendi a se multiplicet calorem: per hæc omnia tamen radius fortis non efficitur, sed magis uapores ex aqua eleuat, & nihil de eis consumit: unde eius regionis aërem nubilosum, & caliginosum esse necesse sit. Idem ex paribus causis de mari polo antarctico subiecto credendum putant. Huius rei fidem multi nautarum Arctoum oceanum nauigantium, attulerunt: qui dum illuc ubi illa caligo est, uehūtur, pauore coruerti, naues auertunt, ne in illas adacti tenebras perpetuo ignorante lucis errore pereant. Glaciem autem nō semper: sed hyeme sustinet: calor enim æstiuus eam frangit, & illud quicquid est polo vicini frigoris in angustum coercet: nam radix esto his in locis per obliquum ferantur, fieri tamen non potest, quin tanta mora sua extimis illis locis nō parum caloris comparent. Magno horum errore, qui semp̄ premi glacie has partes existimant, nec uerisimile est magis sub polis terra esse, qd aqua, cu illic ex causis narratis, perpetua sit aquæ generatio. Pöponius libro tertio scribit. Nellus Celer cu in Gallijs procōsul esset, Indos quos dā, à Sueorū rege sibi dono datos accepisse, qui ui tempestati ex Indicis æquoribus abrepti, tandem in Germanæ littora exierint; Illa nēpe historia indicate, esse pelagus, qd nauigium in ultimis illis tractibus possit. Præterea non negauerim locos esse ex aliqua accidente dispositione paulo tempore

Paulus Venetus.

Veneti incusaria.

Extremæ zonæ an habitabiles.

Galeotti Martij opis.

Calcottus nil probat.

Alberti de extimis zonis sententia

Quiloci uer sus poli in bruma inhabitabiles.

Regio poli tenebrosa.

Mare Arctoum nō semper glacie riget.

Historia.

ratiōres, non adeò longe à polo distantes, ut ille est Arymphaeōrum ad Rhīphaeos montes, cuius Mela & Plinius cū primis meminerunt: nam illic esse capite nudos, ueſci baccis, pro domib⁹ nemora habitare, moribus uerò iustissimis, & pientissimis, quomodo possent niſi in loco paulo amoeniore? Verum rārum illud esse, etiam si fit, & omnia illic frigoribus magis infestari, illa demum indicant, quod grandia, puſillaque animalia, ut plurimum hirsuta, ad frigoris acumen tolerandum, in ea loca prouida natura defūnauit. De his hactenus retulisse ſufficiat: quæ, ſi

rei amplitudinem respicis, paucis: ſi Melæ obscuritatem perpendis, non ſatis copioſe: ſi promissa commentaria studioſe lector expotulas, non longis omnino, aut faſtidiū parituris, diſeruisse nos fortiaſe tibi uidebimur. a Ab ortu ad occ. zona (inquit) noſtra ab ortu excurrens in occasum, ex ea forma, quam habet, quia ſic iacet, paulo eſt longior, quam ſit laeta, cuius ueritatem latitudo, uel à recentioribus comperta permittit: habemus enim ſecundum æquatoris excuſum longitudinem hemiſphērio maiorem, ab æquatore autem uerſus polos, continentis terræ tantam latitudinem non habemus. b

Ambitur zona, inquit, noſtra temperata omnis oceano, ceterum falſum hoc eſſe demonstrauimus, nec mirum lapſum eſſe Pomponium, tanquam nunquam labi hominis fit, cum haec ſui temporis maximis ſcriptoribus recepta opinio fuerit. c

Quatuor maria: Perſicum, Arabicum, Međiterraneum, & Caſpium, que tanta uafitate ſeſe in terras angustis meatibus inſinuant, ut maria rectius, quam ſinus quis nominet. Aliqui Caſpium ſeorsum mare ſe-

Hæc ergo ab ortu porrecta ad occasum, & quia ſic iacet, aliquanto quam vbi latiflma eſt, longior, ambitur omnis oceano, quatuorque ex eo maria recipit: vnum ab septentrione: a meridie duo: quartum ab occasu. Suis locis illa referentur. d Hoc pri- mū angustum, & nec amplius decem millibus paſſuum patens, terras aperit, atque intrat, tum longe lateque diſfusum abigit vaste cedentia littora, ijsdemque ex diuerso prope coeuntibus adeo in arctum agitur, ut g minus mille paſſibus pateat. Inde ſe rursus, sed modice admodum laxat, rursusque etiam quam fuit arctius exit in ſpatiu. Q uo cum eſt acceptum, ingens iterum, et magnum, & paludi, qua venit, quaq; diſpergitur, vno vocabulo nostrū cæterum exiguo ore, coniungitur. Id omne, mare diſ- citur, Angustias, introitumque venientis, m nos fre- tū, Græci πόρθμον appellant. Qua diſfunditur alia alijs locis cognomina acceptat, vbi primum ſe coar- etat, o Helleſpontus vocatur. p Propontis vbi expa-

cerunt, hinc libro ſexto Plinius ait, non deſuiffe, qui uniuersum Caſpium uigintiquinque millibus paſſuum ab oceano diſtare afferuerint: quanquā falſo, quod alibi docebimus d Hoc mediterraneum. e Nec amplius. Bene ait nec amplius, quia Plinio tuſte libro tertio, ubi plurimum habet latitudinis, 10. mil. eſt, ex Corn. Nepote, alicubi men minus latum: nā à Mellaria Pomponij patria, ad Album Africæ promontorium quinq; miſſum paſſuum latitudinem habet. Tam modico ore, adeò immensa equeorū uafitas prodiuit. Strabo libro tertio ſcribit: Pindarum huius mari introitum Gaditanas portas nominasse, quod Heraclis illic columnæ ab utroq; freti littore eminentes, portæ eſfigiem faciant, quo ordine aut, & quomodo terras merſerit hic ſinus, Plin. capi. 92. lib. ſecundi docet, & refert in prologo lib. 6. f Abigit, ſummoet undarum impetu. g Minus mil. paſſ. Belle Pomponio cum Plinio conuenit, qui ipsas fauces ſeptem ſtadijs latas eſſe ait, que octingentos ſeptuaginta quinque paſſus faciunt. h Sed mo- dice. Minor enim Propontis Euxino, & longe illo minor pelago, quod ab Helleſponti fauibus ad Gaditanum protenditur. i Arctius ex Pli. lib. ſexto: Alituum quippe cantus, canumq; latratus inuicem audiunt, uocis etiam humanæ commercia, inter duos orbes manente colloquio, niſi cum id ipsum auferunt uenti. Quibus uerbis angustos admodum Bosphorus eſſe indicat. Idē in fine lib. quinti: Bosphorus quīgentorū paſſuum Asiam Europe iterū auferēs. & c. Pompo. infra quinq; ſtadiorū eſſe ait. Plinio accedit lib. ſexto Martianus: Libet uerò hoc in loco ſtudioſiſimum queng; monere, ut & hunc Pōponij, & ſimiles locos frequenter ad picturā adhibeat, unde ſibi facilē à locorū confor- mi ſitu memoriam comparet. k Paludi. Moēoticæ. Sed nullis hic uerbis opus eſt, cum ſui ipſius ſit interpres Pō- ponius. l Noſtrum mare. Sinus ab occasu affluens noſtrum mare, non Hispanis ſolum, non Gallis, Italis, & maritimis ceteris, ſed & Europæis, qui paulo longius abſint recte dicitur: nam nec Africæ, nec Asiae littora, quicquid illud eſt undarum, adeò crebris ſinibus lancinat, atque Europam, quam à Septentrione eam, à meridie iniquiſi- mam eſſe ipſe Pomponius ſcribit. Greci autem τύπεισω θέλαξαν nominant, Latinis Internum, ſive mediterrane- um diſtum mare. m Nos fretum. Plinius cap. 5. tertij libri: Qua intrat, inquit, Porthmos à Græcis, à nobis Gadita- num fretum dicitur, πόρθμον illi maris angustiam: quemadmodum iδιμότ terram exilem maria dirimentem, aut ma- gis peninsulam continentem adnectentem nominant. n Alia alijs locis. Ne nobis annotandi copiam nimis pre- cipites demamus, ſuis locis ſingula cognomina explicabimus. Si quis uerò ſitiens lector eſt, qui uno illico in loco ſibi ſat fieri uelit, huic Solinus ī Hispaniæ deſcriptiōe iterū faciet ſatis. o Helleſpontus. Aegeū à Propōtide separās, iter- media fauce, q ab Europa Chersonesu Thraciæ, ab Asia Phrygiæ littora ſtingūt, ex Pli. Ptole. ceteris, p Propōtis.

Hec

Hec à meridie Bithynia, ab arcto Thracie littoribus ferè cingitur. a Bosphorus. Hic ad Byzantium est, quā hō die Cōstantinopolim dicimus. b Euxinus. De hoc mari suo loco referemus. In his enim, que in uniuersum Pomponius de terrae effigie, et partibus afferit, unicū ex picturæ demonstracione emolumentum est, faciant studiosi periculum meo periculo, & quod afferro uerū esse deprehendent. c Hoc. Hoc uniuersum inquit, tribus partibus absumitur. d Tanais. De Tanai, & Nilo maximis amnibus suis in locis, quod scitu dignum est referemus,

quod ad limites pertinet trium terre parium, in Catechesi nostra, quod ad rem faceret, uidebatur, retulimus.

SVMMA ASIAE DESCRIPTIO.

dit: vbi iterū pressit, Thracius^a Bosphorus: vbi iterū effundit, pōtus^b Euxinus: qua paludi committitur, Cimerius Bosphorus, palus ipsa Mœotis, ^cHoc mari, et duobus in clytis annib[us] Tanai, et Nilo, in tres partes uniuersum diuiditur. ^dTanais a septentrio ne ad meridiem uergens in mediā fere Mœotida defluit, et ex diuerso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet a freto ad ea flumina, ab altero latere Africam uocamus, ab altero Europen: ad Nilum Africam: ad Tanain Europen. Vltra quicquid est, Asia est.

SVMMA ASIAE DESCRIPTIO.

BRIBUS^e hanc e partibus tangit oceanus, ita nominibus ut locis differens. Eous ab oriente, a meridie Indicus, a septentrio ne Scythicus. Ipsa ingenti, ac^f perpetua fronte ad orientem uersa, tantum ibi se in latitudinem, quantum Europa, et Africa, et pelagus, quod inter ambas immissum est, effundit. Inde cum aliquatenus^h solida processit, ex illo oceano, quem inde dicimus, Arabicum mare & Persicum, ex Scythico Caspium recipit: & ideo qua recipit, angustior, Rursus expanditur, & fit^k tam lata, quam fuerat. Deinde cum iam in suum finem, aliarūq; terrarū confinia deuenit, media nostris æquoribus excipitur reliqua, altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain.^m Ora eius cum alueo Nili amnis, ripis descendit in pelagus, & diu sicut illudⁿ incedit, ita sua litora porrigit, deinde fit uenienti^o obuiam, et primum se ingenti^p ambitu incuruat, post se ingenti^q fronte ad



Ribus hanc. Plin. lib. 6. tribus hic (Oceanus sc̄et) ē partibus cœli allusens Asiam: Scythicus à septentrione, ab oriente Eous, à meridie Indicus uocatur: uarieq; per sinus, & incolas in plura nomina diuiditur. &c. Asiam autem dictam uolūt, ab Asia Iapeti coniuge, quæ Oceanus & Tethyos filia fuit. Hec quanquam est pars tertia terræ, magnitudine tamen Europam & Africam æquat, quæ duobus tantum lateribus Oceano abluuntur: Europa à septentrione, & occasu: Africa ab occasu, & meridie, ut Mela ait: sed cōstat partem Africæ hodie quoq; ab ortu pelago terminari. f Perpetua frōte. Continua, nec multis curua sinibus, id evidens est ad fidem uetus starum tabularum, quæ extreme Indie frontem admodum æquam statuerunt. Hodie autem nō nullis Per Vespuccium Mathematicum compertis, non adeò plana eius ora est.

g Quantum Europa, & Africa. Hoc si ad Melæ, & Ptolemai tēpora referimus, uerum est. Hodie autem ut deprehensus est Africæ circuitus, maioris latitudinis Europa cum Africa, & mediterraneo mari existit, præsertim si ab extimis utring; terminis metiamur.

h Solida. Non admodū solida, quia inter magnum sinum, & eum qui Gange ticus dicitur, ingenti peninsula procur-

rit in Oceanum, quæ aureæ Chersonesi nomen habet, Ptol. Verum illuc oceanus magis curuare littora, quam sinus facere uidetur, cū amplio illapsu late ea distendat, nec agustis intret fauibus, ut per sinus solet supra nominatos. i Angustior. Magis stricta contractiorq; quia in nostrum mare inclinans latera contrahit. k Tanais. Hoc ad uetus & picturæ fidem retulit Pompo. Hodic falsum esse nemo nescit. l Cōfinia. Europe à septentrio ne, Africæ à meridie: ideo ait altero cornu ad Tanain eā, altero ad Nilum pergere: nam medianam æstus maris nostri cohabit.

m Ora eius. Ora inquit Africæ secundum Nili alueum, ripis in pelagus descendit: nam in ortum porrecta Libya ad Nilum ripas facit, sicut à septentrione, & occasu, mari terminata, littus. Notū enim discriminem est ripæ, & littoris, quod amnium illa, hoc maris est. Hinc parum infra: Inde eam (inquit) paludem scilicet ad Tanain usq; complexa, fit ripa, qua Tanais est. n Incedit. In sinum usq; Issicum, & Amanum montem inclinans, secundum excusum maritimæ Syriae. Nisi uero illa ad picturam referes o lector quisquis es, nec Melam, nec interpretem Vaditanum intelliges. o Obuiam. Tanquam amplius pelagus nostrum non admittura. p Ambitu. Qui ab Iesso ad usq; Caria peninsula pari littoris effigie reflectitur. q Frōte. In qua

Caria, Ionia, Aeolia, & Phrygia, celebres multarum rerum memoria regiones sitae sunt. **a** Obliquae, litoribus uidelicet Proponditi dantibus locum. **b** Ponticum latus. Ibi enim sinum facit Iesso per omnium, nisi quod paulo minor est, similem. **c** Aditum. Fauces, introitum, angustias. **d** Transuerso, Leniter reflexo littore ab eo angulo, qui infra Colchidem est, adusq; Cimerium. **e** Seres & Scythas, Seres à Scythis seiuungit, tanquam ipsi Scythe non sint: sed ideo fecit, ut qui extrema, & qui media orientalis Asiae habitarent, paulo fidelius indicaret.

Hellesponticum fretum extendit, ab eo iterum "obliquat ad Bosphorum, itetumq; ad **b** Ponticum latut curua, **c** aditum Maeotidos **d** transuerso margine tangit. Inde eam gremio ad Tanain usq; complexa, fit ripa, qua Tanais est. In ea primos hominum accessimus ab oriente Indos, **e** Seres, & Scythas. Seres media ferme Eoæ partis incolunt: Indi & Scythæ ultima: ambo late patentes, neq; in hoc tantum pelagus effusi: spectant enim etiam meridiem Indi, oraq; Indici maris: **h** nisi vbi aestus inhabitabilem efficiunt, diu continuis getibus occupat: spectant & septentrio ne Scythæ, ac littus Scythicū, nisi unde frigoribus arcentur, usq; ad Caspium sinum possident. Indis proxima est **i** Ariane, deinde Aria, & Gedrosia & Persia ad sinum Persicum, hunc populi Persarū ambiūt, illū alterū Arabes: ab his, quod in Africā restat, **k** Aethiopū est! Illic Caspiani **m** Scythis proximi, sinum

nihil separasse uidetur. Constat enim Ariam fertilissimam esse. Arianen autem ea maxime parte, quæ in Austrum uergit, ambustum feruoribus. Strabo certe, sicut Pomponius lib. 15. omnino separat: nomenq; Arianes adusq; partem quandam Persarum secundum oram Austrini Oceani ad Medos & Bactrianos, tum & Sogdianos septentrionales extendi asserit. Gentes uero eius esse Paropamisadas in Indum uersos, post Arachotas in Austrum & similiter Gedrosinos, aliosq; qui oram illic habitant. Ideo idem lib. II. Arachosiam ad Indum usq; in ortum excurrentem, Ariane partem esse scripsit. Hinc Mela hoc loco Gedrosin seorsum nominat, quod ea non tota ad Arianen pertinet.

A R I A M autem idem lib. II. Bactrianae conterminam et monti subiecta, qui Bactrianam habet, quæ ad occidentem Paropamisadis adiacet, ut & Ptolemaeus tabula Asiae nona indicat. Ob eius uero regionis nobilitatem, in tantum Graeci, qui per Alexandri uictorias hec loca occuparunt, polluerunt, ut Arianis & Indis fuerint dominati, & plures gentes subegerint quam ipse Alexander, ut idem ex Apollonij Adramyttini autoritate refert: hos autem Arios nominat, illos Arianos. Ariorum fluuius est Arios, qui antequā effluat absorbetur. In Aria tanta fertilitas est, ut rācēmus duorum cubitorum longitudinem implete, uites autem multæ tante, ut duorum uix hominum ulnae complectantur, ut lib. 2. & lib. II. Strabo scribit. Apud Arianos herba Arianis nomine legitur Sole Leonem tenente, cuius attacū ligna oleo peruncta accenduntur. Plinius lib. 24. author est. Addo his, quod pleriq; fuerunt, qui Gedrosos, Arachotas, Arios. Paropamisadas, quatuor Satrapiarum incolas, Indie tribuerunt, quod plinius cap. 20. sexti libri annotavit. Potior tamen Melæ sententia est. Ariane Indis proximam esse affirmantis: Nam & Plinius cap. 17. ex Eratosthenè Indum finem Indie ab occasu esse asserit. Libuit hec afferre, quoniam nulla amplius de his mentio cōmoda fieri potest.

k Aethiopū est. Quia Nilo Africam terminauit. Pomponius recte ait, totum Arabicum sinum ambire Arabes, quorum excursus ad occiduum littus ipsius sinus, adusq; fauces maris durat, & id promontorium quod Ceraunius saltibus inuium esse libro tertio scribit. Supra uero illa quicquid est, Aethiopum est.

l Illic. Ad latus septentrionale in oasum. **m** Scythis proximi. Ergo ipsi Scyhi non sunt? Certe sunt: intelligendū ergo Scythis eos orientalibus, & ad Seres uersis, qui apud scriptores ferè non aliо quam Scytharum nomine cēsentur, proximos esse. Scythia autem in uniuersum duplex est, Europea & Asiatica. Europea, ut lib. 2. Mela indicat, et lib. 4. Plinius, secundum Tanais ripam & Maeotidis, atq; Euxini littus adusq; Istri ostium expanditur. Gentium annūq; eius Plinius, Strabo, Solinus, Herodotus, Dionysius meminerunt. Asiatica à limitibus oppositorum littorum in orientem procurrit, Oceano à septentrione, à meridie TAURO terminata: quanquam ab occasu in Cappadociā, & Armeniae eius gentis ditio processit. Eius quæ in India uergit, accolas Dionysius Australes nominat, quod ab Arcticō frigore longius absunt. In tota uarie ac propè innumere gentes, scævæ, & ad bella magis quam ullum humanitatis studium idoneæ: quas lib. 6. Plinius, & Strabo, II. multis enumerant: nos ut locus resq; desyderauerit, ita quæq; adducemus. Ptolemaeus

Ariane.

Aria.

Scythia du/ plex.

^h Mu'ucha ille quē diximus. Plinius amnis, inquit, Mulucha Bocchi Mæsylorūq; finis. Strabo libro ultimo: Post Mauritiam, inquit, est Mæsylorum regio, à Molachat flumine (ita Mulucham nominat) initium sumens. &c. Vbi indicat trans flumen in ortum Mæsylios esse, sicut Plinius. Intelligendum ergo Mulucham regnum terminū fuisse, Bocchi quidem orientalem, Iuguriæ uero occiduum, diuerso respectu: quemadmodum aliquando Rhenus Romanus imperij ab ortu, & septentrione terminus fuit, rursum uero Germanoru ab occasu, & meridie limes: ut quod mihi in ortum proficiens dextrum est, id tibi in occasum uerso sinistrum fit. Sic Rubriconem ueteris Italæ olim, & Togatæ Gallæ terminum fuisse intelligimus. Vnde in Iugurhino Sallustius: Haud longe, inquit, à flumine Mulucha, quod Iuguriæ, Bocchiq; regnum disiungebat. Et alibi apud eundem Bocchus inquit: Ego flumen Mulucham quod inter me, & Micypsam fuit, non egrediar, neq; id Iugurham intrare sinam. Patet uero ex Plinio, Cæsariensis partem citra Mulucham fuisse Bocco subditam: uerum tunc cum hic regnum administraret, Mauritaniae tantum nomine: longe enim postea Caligule, ut dixi, sicut in duas illa prouincias diuisa est. Dignum autem scitu, quod Plinius scribit capite primo libri quinti: Iuba Ptolemai patrem primū omnī utrique Mauritaniae imperasse. Sanè Boccho Iuba successit, Iuba uero Strabonis temporibus Ptolemeus ex Antonij, et Cleopatra filia superioris Iuba cōiuge generatus, auctore Strab. Apud Soli, ergo Ptolemai filius falso legitur, pro Ptolemei pater. Reliqua de Mauritania libro tertio referemus.

NUMIDIA.

Numidia. Appianus in hystoriæ suæ proœmio: Carthaginensibus, inquit, superiores sunt Nomade, quos Romani Numidas appellant, & regionem Numidiam. Hinc libro quinto Plinius: Numide uero Nomades, à permutandis papilionibus, mapalia sua, hoc est domus plaustris circumferentes. Vnde Nomades: gabundis enim populationibus, ut in Sarmatia Hamaxobitæ, errantes, & rei pecuariæ dediti, nomine hoc indepti sunt à Græcis: quibus vox vobis, pascere significat. Vnde & à pari uite ratione Scythicis gentibus id quoque nomen frequens est.

De Numidis libro tertio Silius: Nulla dominus, plaustris habitant, migrare per arauas, atque errantes circumuectare pennates. Et rursus ex Dionysio: Certi laris inscia gens est. Nunc in dumosas erumpunt deniq; rupes, Nunc quatunt campos, nunc sylvas inter oberrant. Quod totum referendum ad illos existimo, qui longius à mari habitant: nam maritima Mauritania cultiora, uberioraq; sunt, quod ipsum Ptolemy. quoq; tab. Africæ prima indicat. Dignum est memoratu, quod Liuius scribit libro quarto. 3. Decados: Numidæ rum gentem ad pedestria bella rudem esse equis tantum habilem.

Aeo Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsagæ, spacio quidem, quā Mauritanie angustior est. Verum & cultura magis, & ditione. Vrbium quas habet, maxime sunt Cirta procul mari, nunc f Sittianorum colonia, quondam regum domus, Lubæ, & Syphacis, cum foret opulentissima: Iol aliquando igit nobilis, nunc quia Lubæ regia fuit, & quod Cæsarea uocatur, illustris. Citra hanc nam in medio ferme littore sita est, Cartenna, & Arsenaria sunt oppida, & Ampsa castellum, & Latus sinus, & Sardabale fluuius. Ultra, monumentum commune regiæ gentis. Deinde Icosium, & Vthisia urbes, effluentes inter eas Ancus, & Nabar, aliaque quæ taceri

adscribit: cum apud omnes interim insitus ratione conueniat: nisi quod Cirtam illam celebrem supra Ampsagam in ortum Solis Plinius ponit: Mela uero citra in occasum. Non autem sum nescius trans Ampsagam nouam Numidiam Ptolemeo nominari, & in ea Cirtam villam. De Ampsaga fluvio illic clarissimo nemo nescit.

In crescenti enim à fauibus Gaditanis pelago littora cedunt.

d Ditione. Strabo quoque libro ultimo terram, que Carthaginem, & Massylios attingeret, florentiorem, & melius compositam fuisse scribit: uerum Punis bellis, & Iugurthe motibus, insignibus oppidis dirutis, collabefactatam.

e Cirta. Hæc ex Sallustio nota est. Strabo libro ultimo, minutissimam fuisse ait, & opime structam Micypse maxime opera, qui Græcos in eam habitudinem deduxit, & tantam effecit, ut decem equitum milia, & peditum uiginti emitteret.

f Sittianorum. In mediterraneo, Plinius inquit Colonia Cirta Sittianorum cognomine. Strabo Sanasi, & successorum regiam esse asserit. Fuit aliquando haec mea sententia, ut Saitanorum, non Sittianorum legendum esse contenderem:

Herodoto motus, qui libro secundo prefecturam in Aegypto Saitanam, & Saitanos reges potentissimos facit, ut inde Coloniam ductam esse diuinauerim. Sed ut minus quicquam asseram, Plinius facit authoritas. Non me præterit, esse quosdam, qui per Sittici Coloniam apud Ptolemaeum libro quarto Cirtam intelligent, & Sitticos

Ptolemae illos esse, quos Sittianos Pomponius, & Plinius nominet.

g Iol. Colonia Cæsarea, ante uocatum Iol. Lubæ regia, à duuo Claudio Colonie iure donata eiusdem iussu deductis veteranis. Plinius libro quinto.

Strabo clarius libro ultimo, in hac ora ciuitatem fuisse nomine Iol, quam cum Iuba Ptolemei pater muniret, mutato nomine Cæsariam uocavit. Cæsarea dicta est igitur, non ob Claudiu[m], cuius iussu Colonia facta est, sed in gratiam Augusti magis, cuius liberalitate, cum post uictum patrem Lubam, Romæ in triumpho ductus esset, miro in ea adparente ingenio, restitutus est in regnum. Solinus scribit eam Bocchi prius regiam, post Lubæ populi Romani indulgentia donatam. Hic est Iuba, cuius hystoria de rebus Libycis alijsq; aliquando exxit, Plinio frequenter citata.

b Citra, uersus occasum. Nam inter maximas eam positurus, oppida citeriora interim præterijt, nunc ut minus nota enumerat.

i Cartenna. Nota illa sunt ex Plinio, & Strabone oppida, & Ptolemaeus: indicat. Quanquam Ampsa, Laturi sinus, & Anel amnis, quod euidem sciam, unice inter hos Pomponius mentionit, nec mirum: Nam ut nemo unus omnia amplectitur, in illa præseruum locorum multitudine, ita nec omnes quidem eadem referunt, & obscura satis haec oppida esse Pomponius testatur. Libet autem hoc loco rursum monere studiosos lectores, ut tabulas frequenti in usu habeant: & si que à Ptolemaeо signata loca non sint, eo modo inserita locent, quo in Catechesi demonstrauimus. Illud Solini de Icosio non omiserim: Hercule illac transeunte uiginii, qui à comitatu eius descuerant, locum delegisse, moenia iecisse, ac ne quis imposito à se nomine priuatim

Terræ mutan-
tur

gloridetur, de numero condentium urbi nomen datum: nam *Uiginti* significat. ^a Interius. Terræ mutari accessu recessuue maris perpetuo, ex Aristotele, et Pontano docuimus. Quin & Plinius secundo libro, Ambracie portu accedit scribit, ut mare de cœm millium passuum interuallo inde recesserit: in Pyreto uero Atheniensium quinque millium passuum, & Ephesi quondam ædem Diana alluit: mare quoque, Herodoto auctore, supra Memphis fluxit ad usque Aethiopum montana. Ouidius libro decimoquarto: Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima terra, Esse fretum, uidi fractas ex equo= re terras. Et procul à pelago conchæ iacue re marine, Et uetus inuenta est in monti= bus anchora summis. &c. Accedit priori= bus, libro ultimo Strabo, qui illam terre portionem, quam inhabitandam animanti bus ipsiq; in primis homini, extare natura uoluit, non semper eandem manere ait. Mi nime igitur, inquit, mirandum est, si quæ terre partes, quæ nunc habitantur, olim mare occupabat: & quæ nunc pelagus sunt, prius habitabantur. Nam quemadmodum de fontibus, alios desine= re contingit, alios autem relaxari, flu= mina item & lacus: sic montes & cam= pos par est in uicem commutari, hec ille. Qui primo libro quoque Stratonè et Xa= thum uetustissimos Physicos, tum & Era= tosthenè afferuisse non obscure indicat, multis in locis Asie longe à mari lapidi= bus inherentes conchulas, pectines, & testarum formas uisas. In Libya uero circa Hammonis templum duobus tribus q; stadiorum milibus à mari frequentibus in locis concharum, ostreorum, cheradumq; id est cœni fractis ostreorum testulis mixti, magna multitudinem cerni. In littore enim id templum olim stetit, ut libro ultimo idem auctore scribit. Quæ me herale faciunt, ut fidem capere debeant, quæ hic de interioribus Numidie locis scripsit Pomponius.



Egio quæ sequitur, a promontorio ^c Meta gonio ad aras Philenorū, proprie no= men Africæ usurpat. In ea sunt oppida ^d Hippo regius, & Rusicade, & ^e Tabra= ca: Deinde tria promontoria, ^f Candidum, Appoli

bus inhérentes conchulas, pectines, & testarum formas uisas. In Libya uero circa Hammonis templum duobus tribus q; stadiorum milibus à mari frequentibus in locis concharum, ostreorum, cheradumq; id est cœni fractis ostreorum testulis mixti, magna multitudinem cerni. In littore enim id templum olim stetit, ut libro ultimo idem auctore scribit. Quæ me herale faciunt, ut fidem capere debeant, quæ hic de interioribus Numidie locis scripsit Pomponius.

A F R I C A M I N O R .

Metagonium



Egio quæ sequitur. Zeugitanam Plinius nominat, quæ propræ Africa uocatur: ex Solinus, à zeugita no, inquit, pede omnis Africa incipit, ut à loco nomen ortum uideatur. A Tusca fluvio Plinius eam, Pomponius ab Ampsaga orditum, quemadmodum & Ptolemæus: Quāquam ipse quoque Plinius, ne scio quomodo conniuens, capite quarto quinti libri ad hunc finem inquit: Africa à fluvio Ampsaga populos uigintiquing; habet, qui Romano parent imperio. &c. Hic tractus omnium, quos habet Li bya frequētissimus celeberrimusq; est agris, oppidis, populis, & magnæ olim Romanorum atq; Carthaginem virtutis, monumentis uel maxime insignis. ^c Metagonio. Coniectura est, id esse, i quo Collops magnus ponitur, Ptolemaeo libro. ^d tabula Africæ secunda. Metagonium autem dictum, quod iuxta angulum sit, ab ortu nauigan tibus. Inter hoc enim & Borion, quod parum ultra Philenorū aras est, iniqua frequenter, & in angulos flexa Af= rica est, duobus tamen promontorijs præcipue extantibus, Mercurij scilicet ab oras, & Phycunte ab ortu, id quod & Solinus testatur, alias ad Cyreniam & Mauritias admodum æqualis: inde Metagonitum, eam regionem que trans Ampsagam est, Plinius nominat. Solinus Africam sicut suo anglo angulo, quem illic facit uidelicet, ut Ptolemeus indicat. De Philenorū autem aris infra. ^e Hippo regius. Hic episcopatu insignis est diuini Augustini, qui se alioqui Tagastanum fuisse, è Tagasta Africæ oppido libro confessionum secundo scripsit. Strabo libro ultimo utrāq; Hippo regiam nominat, nisi codex uitatus est. Alterum autem Diarrhyton propter aquarum irrigua, Græcis dictum Plinius ait, quod palustri solo madet. Vtranq; Silius uno uersu libro tertio reddidit: Tum uaga, & antiquis di lectus regibus Hippo: uagam enim Diarrhytum nominat, quod palustri solo sita sit, quare terræ motibus frequētius infestatur. Nec perperam uagam dixit fœmineo, cum sic & que ut masculino proferantur. Plinius cap. 34. sexti libri utraq; inquit Hippo. Melius tamen Vagam oppidum intelligimus, quando & Vagensem illic ciuitatem Plinius quinto libro ponit. Diarrhytus memorabilis est Delphini mansuetudine, ex hominis manu cibum capientis, cuius capite. 8. libri noni Plinius meminit, & aliubi simia eius Solinus, utramq; Hippo regiam Græcos & quites condidisse affirmans.

Duplex Hip= po.

Silius.

Solini incu= ria.

^c Tabra, Silius libro tertio Sabatru nominat: Sabatra tu Tyriu uulgas. &c. alijs Tabatra, quod minime mi= rū est. Barbara enī uocabula nō modo inepta & aspera, sed etiā ineloquibilita, nō semper eodē sono utraq; lingua effterri cōsueuerūt, ut Hermolaus scribit. Ut inde credamus illa esse eiusdē psæpe ḡtis adeò uaria apud scriptores noīa. ^f Cādidi, Solinus; Promotorio, inquit, Apollinis Sardiniae cōtrouerso, promotorio Mercurij procedēte in frontem

frōtē Sicānā: proinde extēta in duas prominentias, quarū altera promontorium Cādidiū dicitur. &c. Quo in loco Cā
didum post duo reliqua uersus ortum statuere uidetur, falso certe. Nam Plinio cum Mela conuenit: post Metagoni-
um enim statim Candidum est. Hinc Apollinis Ptolemeo quoq; inter que Hipponensis est sinus: post, inter hoc &
Merarij, quem Hermeam Ptolemeus uocat, sinus alter Carthaginem ambiens. a Castra Lælia. A Lælio haud
dubie, qui Pub. Corn. Sapioni legatus, res in Africa tempore belli Punici secūdi magnanimititer gesit, ut inde Castra

Lælia dictum esse locum propè Carthaginem uerisimile sit: si aut Cornelia aliubi à Pub. Cornelio Scipione Africano. b
Bragada. Uticam præterlabens, ut scribit Strabo. Hic est Bragada, ad cuius ripā Attilius Regulus Imperator, bello Punico pri-
mo, ingentis magnitudinis serpentem mā-
chinis bellicis confecit, multa suorum mi-
litum elade: cuius postea corium Romanum
translatum. 120. pedum longitudinem ha-
buisse, memoria proditum est, ut Polybius
libro priori de bello punico primo scri-
psit, & libro. 4. Oro. Gellius item, alijq;
quos prætero. c Utica. Hec secun-
dum Carthaginem facile prima hoc littore
habita est: Nam Cartha. diruta, metro-
polis illa fuit, & receptaculum Roma-
norum ad res in Libya gerendas, au-

Serpens ad
Bragadam.

nīs, Mercarij, uaste proiecta in altum duos grādes
sinus efficiunt, Hippensem vocant proximum ab
Hippone Diarrhyto, qđ littori eius appositū est. In
altero sūt^a castra Lælia, castra Cornelia, flumen^b
Bragada, ^c Utica & ^d Carthago, ambae inclytæ, am-
bae ^e à Phœnicibus conditæ. Illa fato Catonis insig-
nis: hæc^f suo, nunc populi Romani^g colonia, olim
imperij eius pertinax^h æmula: iam quidem iterū opu-
lenta, etiam nunc tam priorum excidio rerum, quam
opeⁱ præsentium clarior. ^k Hadrumen, Leptis,
Cluēa, Abrotonum, Taphræ, Neapolis, hinc ad
syrtim adiacent, vt inter ignobilia celeberrimæ.

thore Strabone libro ultimo. d Carthago. De qua recte Sallustius ait: satius esse silere, quam pauca dicere.
Tanta enim eius potentia fuit, ut authore Polybio & Strabone, tota Africa cultiore potiretur. In Hispania uero ab
Heralis columnis adusq; Pyreos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Variante tandem fortuna, adeò defecit, ut
ea diruta, circumiacens regio prouincia facta fuerit, & Masinissæ qui ob uirtutem & amicitiam plurimum Roma-
ni cura fuit, commissa à Po. Ro. Greci eam Carchedonem nominarunt. Adrianus autem imperator Adrianopolim,
& riduale perditissimus Imperator Commodus, quemadmodum scribit Lampridius, Alexandriam Comodianam
Togatam. Meminit eius urbis multis alibi Iustinus, & in floridis Apuleius. e A Phœnicibus. Carthaginem,
inquit in Libyco Appianus, in Libya Phœnices condidere, annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem, conditores
fuerunt Xorus & Carchedon. Sicut autem Romani & ipsi Carthaginenses existimant, Dido mulier è Tyro profe-
cta, cuius uirum Pygmalion urbis Tyrannus clam interemisset, somnio monita, collectis ijs quibus Pygmalionis seui-
tia inuisa fuerat, pecunijsq; in unum congestis, in Libyam enauigauit: & eo loci ubi nunc Carthago sita est, conse-
dit, hec ille. Hinc Carthaginenses Cadmeos, & Sidonios Silius nominat, ut libro primo: Gens Cadmea super regno
certamina mouit: & alibi: Sidonij fregere duces. &c. Uticam autem Catonis obitu memorabilem, ut antiquorem
idem commendat libro tertio: Prisca situ, ueterésque ante arces condita Byrsa. Notissimus est Maronis de Carthagi-
ne locus. Situm eius Polybius libro primo primi belli punici descripsit. f Suo proprio, nam ex eo quod diru-
ta est, sempiternum nomen habet. Magnæ enim ciuitates, dum pereunt, calamitate non minus quam fortunæ splendo-
re memorables fiunt. g Colonia. Solinus scribit, Carthaginem a C. Graccho colonis Italics datam, & Iu-
noniam appellatam. Demum(ait) in claritate secundæ Carthaginis, interiectis centum & duobus annis. M. Anto-
nio, & P. Dolobella Coss. enīgit, alterum post urbem Roman terrarum decus. Strabo libro ultimo, instauratam
fuisse à diuō Cæsare ait, eo ferè tempore quo idem & Corinthum colonis dedit. Ideoque C. Plinius libro quinto:
Colonia, inquit, Carthago magna in uestigijs Carthaginis. h Aemula: quandoquidem stimulos dedit æmula
virtus. Nisi quis emulam, id est, insidiatricem accipere manult. i Præsentium: rerum, quas denuo obtinuit.
Hinc libro sexto Martia. Carthaginem inclytam prius armis, nunc felicitate reuerendam ait. Supra Carth. tractus
Byzantius in meridiem expanditur, quem Libophœnices Plinio & Ptolemeo authoribus habitant, adeò fertilis, ut
cum centesima fruge agricolæ foenus illic terra reddat. k Hadrumen. De his oppidis nihil non notum:
sed aduertendum tamen est duplē Leptim esse, minorem, que Sarrana cognominatur à Sarranis Phœnicie. Si-
lius libr. 3: Sabatra tum Tyrium uulgs, Sarranaque Leptis. Sallustius: due sunt Syrites inter quas Leptis, unde Le-
ptani. Altera trans Syrtim minorem sita iuxta Oeam oppidum, Magnæ cognomen habet, illam Neapolim dici exi-
stunt. Nisi quis Sarrana cognomentum etiam Magne esse credere uelit. Sed aliam in eo litore eius nomine Pto-
leme. & Mela locant, cognominem illi, que trans minorem Syrtim est ad Cyniphem annem Plinio. Illud non præ-
terierim, Abrotonum & Taphram trans Syrtim minorem in ortum, à Plini. & Ptole. ponit contra Melam, qui in mi-
norem inclinare ait. De Cluēa, que & Clypea dicitur, Plinius quoque, & libro tertio Ptolemeus. Hermolaus Cly-
pean & Aspidem idem oppidum Græcis esse alicubi adnotauit: cui & Solinus accedit, & Silij uersus suffragatur
libro tertio: In Clypei speciem auratis turribus Aspis. Ptolemeus diuersa oppida facit, & aliam quoque ad Syrtim

Carthago.

Leptis.

maiorē Assida statuit. a Syrti. Plinius libro quinto eam centum mill. paſſ. aditu. 300. autem millia passuum ambitu patescere scribit, conformiter cum Pomponio. b Qua mare accipit. Hoc est secundum id spatiū accipiendum, quo mare ab extimo littore in interiorem angulum admittit. c Atrox. Hinc Sil. 2. Infide littora Syrtis appellat, ob incertam præauigantium salutem, & libro quinto: Infidāque littora nautis. Item tertio libro: Nos tulit ad superos perfundens sydera Syrtis. Sallustius in Iugurthino: Duo, inquit, sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pares tamē

natura, quarum proxima terris perlata sunt, cæterū uti sors tulit alta, alia tempeſta te uadosa: nam ubi mare magnum esse, et ſeuire uentis coepit, limum arenāmque, et ſaxa ingentia fluctus trahūt, ita facies locorum cum uentis ſimil mutatur. Plinius. 100. capite ſeundi libri, & ſum Syrtiū cœ. d magis quam tempeſtatibus tribuens, diuersimode ſeuire eas, ob diſparem syderū exortum putat: quod an ita fit, aliis ope re fuerit querere. Polybius libr. primi Punici belli ſecundo, C. Seruiliū, & Gn. ſē pronium iuxta Meningen Lotophagorū insulam, claſſe in uado hæſiſſe ſcribit, magno periculo: propterea quod eā maris re fluxus in arido deſtituifſet, mox ab unda redeunte ſublatā, eoq; modo periculū eua

fiffe Sempronium. Melæ cum Plinio & Polybio conuenit: à Plinio ipſe quoque Solinus eſt, qui Syrtes inacceſſus uadoum, & reciprocum mare efficere ait: cuius ſali defectus, uel incrementa haud promptum ſit deprehendere. Ita incertiſ motibus nunc in breuia reſidit dorſuſa, nunc aſtibus inundatur inquietis. &c. Quibus ſignificat, mare tam augmento, & decremento periculum afferre, quam arenarum cumulis, quibus aſtu ſeuientis maris re ipſa fit, ut uadouſ ſlocuſ fiat, qui priu altu erat. Hinc Maro: In breuia & Syrtes urget miſerabile uisu, illiditū uadis. &c. Hinc à ſupcō, quod traho ſignificat, dictas uolunt. Rufus ex Dionyſio: Late trahit aequora Syrtis, Infidūq; rati pelagus furit. Per quam digna ſciu de Syribus ſcribit lib. ultimo Strabo. De iſdem doctiſſime libro nono Luca nus.

d Tritona: amnis & lacus Plinius menunit quarto capite quinti libri. Herodotus quarto libro in palude insulam eſſe ait, ubi uestigia ſint euidentia, laſonem aliquando in hiſ locis fuisse: Amnis ipſe in Syrtim minorem egreditur Ptolemeo. Alij alijs in locis paludem hanc ſtatuerunt, ut belle Plini. obſeruauit. Ad illam primum apparuifſe Palladem uetuſtas creditit, atque inde Tritonia dicta authore ante alios Festo. Palus autem Callimacho Pallantias poſtea, ut Plinius refert. Silius libro nono: Et Pallas Libycis Tritonidis edita lymphis. Idem tertio libro: Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis, Qua virgo(ut fama eſt) bellatrix inclita lympha, Inuenio primam Libyen perfudit oliuo. Quanquam ſint qui Tritoniam à capite dictam exiſtiment, quod è Iouis nata ſit uertice. tētō, enim Boeoti caput uocant. Sed id quoque fabuloſum. Melæ Luca. accinit libro nono his uerſibus: Hanc & Pallas aemat, patrio quod uertice nata, Terrarum primam Libyen(nam proxima cœlo eſt, Quod probat ipſe calor) tetigit. stagnique quieta, vultus uidiſ aqua, posuitque in margine plantas, Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda.

e Oea. Hec una eſt ex tribus, que à numero tripolim illā Africanam fecerunt, Solinus Achēi inquit tripolim lingua ſua ſignant, de triu urbium numero. Oea, Taphra, Leptis magna. &c. ſic enim legidum eſt. Quidem Abrotonum adnumerarunt, contra ueterum exemplarium fidem. De Oea Ptolemeus, & Silius tertio libro: Oeaque Trinacrios Afris permixta colonos. Taphram iuxta Leptim Plinius locat, & Ptolemeus qui eam degenerē uocabulo Taphra ram nominat lib. quarto, & tabula Africæ ſeunda. Leptim magnam nemo ignorat. Ptolemeus libro quarto eā Neapolim dici exiſtimat, ſicut libro ultimo Strabo, & pariter Eustachius: uerū aliam omnino illic à Lepti Neapolim Plinius facit: cuius libro quinto hæc uerba ſunt: Oppida Neapolis, Taphra, Abrotonum, Leptis altera, que cognomina natur magna. &c. De hac Lucanus libro nono: Nam quicquid puluere ſiccō, Separat ardenteſ tepida Berenicida Lepti, Ignorat frondes. &c. Quo in loco Berenicidem Cyrenaicæ excuſum nominauit, à Berenice illarum una, que Pentapolim illic faciunt, in Borio promontorio ſita Ptolemeo: ad quam Lethon amnis in feruā, ut putant, inundatione prorūpens, de quo Pli. Solinus, Strabo, & libro nono Lucanus. Difſat autem à Berenice Leptis magna, Syrti intermedia. 185. millibus paſſuum Plinius in hæc diuertiſſe, obſecro moleſtia ne ſit.

f Cyniphs. Per Macas fluit, authore Herodoto libro quarto, circa eū ager paſcauſ & pecoris abundans. Vnde tertio Georgicorum Virg. Cyniphij tendent hirci. Et Cyniphij ipſa gens. Silius libro quinto: Cyniphij eq; globos dubitare irrumpere turme, & lib. tertio: Tū primum caſtris Phœnicum tendere ritu Cyniphij didicere Macæ, ſqualentia barba, Ora uiris humerosque tegunt uelamine capri, Setigero, panda manus eſt armata Catena. g Ingenio: natura. h Altero ſpatio: hoc eſt dimidio ſpatij prioris Syrtis, qua mare intromittit, & qua ambītur, amplior: hic enim loquendi modus Mele peculiaris

Pallas Tritonias.

Locus Soli ni.

Cyniphs.

Syrtiū ma gniſudo.

peculiaris est: ut si minoris Syrtis spatium, & aditus, & ambitus, in aequalia diuiseris, maiore Syrtim exuperare haec altero spatio, hoc est, altera parte spatiij, utriusque mensuræ, minoris Syrtis intelligas. Plinius capite quarto quinti libri: Syrtis, inquit, maior circuitu centum uiginti quinq; millium passuum, aditu autem tercenta tredecim millia habet. Vbi excessus quidem est, sed non altero spatio. Strabo libro ultimo longe à Plinio in spatijs mensura est alius: dubium an scriptorum uaria sententia, an potius incuria librariorum adeò diuersa numerorum ratio, non hoc tatum loco, sub-

amplior. Eius promontorium est^a Borion ab eoque incipiens ora, quā^b Lotophagi tenuisse dicuntur, vsq; ad^c Phycunta (& id promontorium est) importuoso littore pertinax. ^d Aræ ipsæ nomen ex Philenis fratribus traxere, qui contra Cyrenaicos missi Carthaginæ, ad dirimendum^e conditione bellum diu iam de finibus, & cum magnis amborū cladibus gestū: postq; in eo f qd̄ conuenerat, ^g non manebatur, vt vbi legati concurrerent, certo tempore vtrinque dimissi ibi termini statuerentur: ^h pacti de integrō, vt quicquidⁱ citra esset, ^k popularibus cederet: mirum, & memoria dignissimum facinus, hic se viuos obrui pertulerunt.

sultet? Straboni tamen cū Plinio cōuenit, minoris Syrtis aditum minus pandi, ambitū tractiorem esse, quam in Syrti maiori. Aditus enim Syrtis minoris. 600. stadiorum est, ambitus. 1500. E regione uero Syrtis maioris aditus. 1600. stadiorū, ambitus. 930. stadiorum tantum: Straboni par modo, & Plinio diuersa mensuræ ratio est. Ceterum quo magis Melæ accedam. Ptolemaeus facit, qui Syrtim alteram omnibus modis maiorem esse scribit. ^a

Borion. plin. Promontorium, quod maiorem includit Borion appellatur. &c. Situm est in acie lateris orientalis, ubi Syrtim maiorē finit, ut lib. 4. Ptolemaeus ait, nomen ab aquilone id littus in festante datum est. Soli. Borion, inquit, promontoriū,

Lotophagi.

quod aquilone ceditur, Græci aduenæ sic uocauerunt. ^b Lotophagi. Plinius quinto libro Lotophagorū oram citra Borion in intimo sinu Syrtis maioris statuit. Ptole. inter duas Syrtes ortum uersus ad Cyniphen fluuiū Herod. 4. libro ad minorem Syrtim fere, & Gindanes illos, quorum uxores adeò se Venere iactant, locat. Horum nulli cū Mela conuenit, trans Borion oram eorum statuentis. Strabo certe libro ultimo, ad munorem Syrtim, & insulam eius insignem, cui nomen est Meninx, Lotophagos habitasse, argumentum esse ait monumenta quedam, & Vlyssis aram, & Lotos arborem suauissimi fructus, à quo his nomen datum est, in ea copiosam: Quam Plinius quoque ab Eratosthene Lotophagiten dicta esse ait. Illius sententie Silius illo uersiculo suffragatur libro tertio: Neritia Meninge satutus &c. ubi de Coaspe. Afro, Neritiam insulam cognominat, ob Vlyssis in ea memoriam, qui Ithacam patriam habuit, in qua mons Neritios nemorosus & altus, Homero ponitur lib. odissee nono. Hospitalissimos, & apulsis mites fuisse constat, atque inde tanta eorum laus. Nam, ut Strabo ex Eratosthene retulit, in his littoribus cōmunis Barbarorum mos est hospites pellendi. De his Silius libro tertio: Spectati castris, quos succo nobilis arbor, Et dulci pascit Lotos nimis hospita bacca. Nodus hospitam dixit, quod uescentes adeo eius dulcedine capiantur, ut terram non nisi iniuit deserant. Hinc illa odyss. libro nono Homeri de socijs Vlyssis fabula. De Loto arbore Plinius libro. 13. permultas meminit. ^c Phycunta. Plinius quinto libro: Promontorium, inquit, Phycus per Creticum mare excurrit, distans. 350. mill. passuum à Tenaro Laconiæ promontorio. Ptole: Phycis, inquit, promontorium, & castellum degenerè puto uocabulo. Nam Phycus phycuntis, ut Cerasus cerasuntis inflexio est: nomen à procellis, & spuma & fluvialis pelagi sortitum. Græci φυκός πτα spumosum & stu locum nominant. Illic terræ in pelagus imminentes aquilonibus admodum obnoxie sunt. Ea de re bene Pompo, importuoso id promontorium littore pertinax esse ait. Quin & Strabo: Phycuntem præter reliquam Libyæ oram in aquilonem expositum esse scribit libro ultimo. Silius quoque Cyrenas à fronte sœum, & importuose mare habere asserit. ^d Aræ ipse. Hystoriam explicat pari elegancia Valerius in quinto libro de his, qui in patriam pīj fuerunt, & in belli Iugurthini hystoria Sallustius. ^e Conditione. Nam cum utrinque attriti essent, ueriti ne uictos, & uincentes alienus hostis opportune inuaderet, per inducias sponsionem faciunt, ut certo die legati domo proficiserentur, & quo in loco inter se obuij füssent, ibi communis utriusque populi finis haberetur. Sallustius. ^f Quod conuenerat. Concordi pacto stabat, & decretum erat ^g Non manebatur. Cyrenæ enim pactum rescindendum existimabant, quod dolorem agi intellexissent, ut Val. indicat. At Sal. incertum sibi esse scribit dolone, an iusta causa contigerit, ut prior res fuerint Carthaginenses. Melæ cum Val. conuenit. ^h Pacti. Cyrenenses qui se dolo præuersos suspicabantur. ⁱ Citra. Longe enim ultra destinatos Cyrenensis limites excesserant. ^k Popularibus. Hoc est utriusque ciuitatis plebeis, & conciubibus. Quod si Carthaginenses admisissent, perennis de terminis etiamnum lis fuisset. Vt ergo sepulti sunt, & se, uitamque suam reipublicæ condonauerunt, ut totus Carthaginensis ager ab apreheenso incursu limite cederet. Unde eo in loco Aræ fratribus à Carthaginensis consecratae, & priuati honores domi instituti. Apud aras autem Africe finem Ptolemaeus, Strabo, alij faciunt. Eum quoque locum Aegyptum uersus finem imperij Carthaginenses habuerunt, auctore Sallustio.

CYRENAICA.

Cyrenaica.



Am regionem quam Cyrenaica Plinius, Strabo, Pomponius, Solinus, alijq; tribuunt, Ptolemaeus in Pentapolitanam & Marmaricam partitus est. Nihil hic quidem esset diuersus iam dictis, qui Pentapolim & Marmaridas in Cyrenaica locant, si Marmaricam à Cyrenaica non separasset. Ager illic fertilis: uiri qui habitant, idonei rebus magnis, & per celebris fame olim. Mare importuosum, & rara stationis, ut Strabo scribit: qui alibi Ptolemaeos reges, qui Cyrenaicam tenuere, adeò quondam polluisse ait, ut eam ab Aegypto, Cyproq; separarent. Romanos autē, qui postea successerunt, prouinciam Aegyptum iudicantes, in iisdem eam finibus seruasse. Herodotus libro quarto Cyrenaicę tris plagas tribuit, dignas admiratione, quod in prima quae maritima est, mari fructus priuum metuntur, vindemianturque. Loca enim maritima maturos fructus citius alii sedere solere, iam notū est ex Physicis, ob radiorum uidelicet multimodam refractionem. Secunda plaga, quae in colles uer-

Catabathmos.

Lupiter Hammon.

Rupes mira de natura.

Syrtis etiā in terra.



Nde ad^a Catabathmon Cyrenaica prouincia est, in eaq; sunt^b Hammonis oraculum fidei inclytæ, & fons, quem Solis appellant, &^c rupes quædam Austrosacra. Hæc cum hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit, arenasque quasi maria agens sic

fructus sequenti tempore mature exhibet. Tertia autem quae in montana inclinat, postremam sibi messem uendat: quod tardissime illic terræ concreta maturescant. Hoc autem modo fit, ut ad menses octo recentium frugum apud illos copia existat. Quod argumentum fuerit haudquaquam leue, eius sententiae, quam Astronomæ periti prodiderūt, quatuor anni tempora, quæ quinto capite quarti Hexaëmeron Ambrosius elegantissime describit, quo quis anni tempore simul quidem esse, ceterum nulli loco simul, sed alternis uicibus obtinegere. a Catabathmon. Sallustius in Iugurth. Aegyptum à Catabathmo seerni scribit. Plinius quinto capite libri quinti, oppidum illuc eius nominis, & uallem repente conuexam nominat, unde uocabulo est origo. Græcis καταβαθμός nominant. Catabathmon autem, non Catabathmon legendum Hermolaus eleganter, ut solet, et indubie uere in Plinianis annotationis doauit: Nanque est in Aegyptum id latus deuexum. Quare uere Herodotus editissimam Africæ maritima regionem Cyrenaicam esse libro quarto scripsit in fine. Rursum Iosephus libro belli Iudeici. 2. Alexandriae finitimatam Aegyptum profundam appellavit. b Hammonis oraculum. Supra Cyrenem in meridiem loca sunt, frequenter habitata quidem, & abunde fertilia, Verum uastis solitudinibus undique secreta. Regiones huiusmodi Abases ab Aegyptiis uocari Strabo ait libro ultimo. Inter has Hammonia est aliquot olim uribus insignis: & delubro Iouis maxime, quod ab Aegyptio Danao positum fuisse Diodo scribit, diuersum alicubi referente Lactantio Placido. Regio ipsa in latum longumque stadia cirräter quinquaginta patet: multis annibus, & potu salubribus aquis irrigatur: & arborum omnis generis, maxime quæ fructus gignant, referta est. Aeris clementia am, qualis propemodum solet esse uerno tempori, habet: cumq; finitima omnia intolerandis aestibus calcant, locus hic solus temperie sua degentes ibi mirifice recreat. Ipsius Dei simulacrum ex smaragdis alijsq; gemmis coagmentatum extitit, ab octoginta olim sacerdotibus aurea naui, humeris circunlatum, magna uirginum et matronarum pœnas canentium comutante turba. Author lib. 17. Diodo. Scribit plura admodum, iter historicos Herodotus lib. quarto, Arrianus libro de uita rebusque Alexand. tertio. Apud Strabonem multa sunt lectu haud quaquam indigna libro ultimo, qui suo tempore oraculum hoc omnino defecisse scribit. Ex poëtis, Lucanus nono libro, Silius Italicus libro tercio: Inter anhelantes Garamantas corniger Hammon, fatidico pandit uenientia secula luco. c Rupes. Plinius. 47. capite secundi: Quin & in Cyrenaica, inquit, prouincia rupes quædam Austro traditum sacra, quam profanum sit arietari hominis manu, confessim Austro inuolente arenas. Sallustius author est, in his locis uento exorto, & aerenam humo excitante, haud secus atque in mari tempestate homines retineri solere. Hinc Solinus inter Syrtes quamvis in terra pergentibus, iter Syrtibus destinari ait. Nam arenarum cumuli uento agitati faciem mutant: & quemadmodum in mari nunc aggere sublimia sunt, quæ prius ualle residebant, nunc alio in loco profunda uallibus, quæ prius excelsa erant: ita ut procellæ, arenæ agitantur, Syrtumq; faciunt terrestrem, paris cum illis æquoreis periculi: perrum enim refert, undis ne an arena quis obruatur. In terris autem huiusc periculum flabra faciunt seuentium uentorum, in mari sole terræ: nam si residerent, quæ illic uadofa sunt, nullæ essent Syrtes, & è medio pelago ad nauigantes, citra offensam appellerent. Illud non præterierim, Cambysis exercitum in Aethiopia iuxta Prennam opidum totum uento excitatis arenis obrutum, quod Strabo libro ultimo testatur. Herodotus quoque libro quarto Psyllos ueterem admodum Africæ gentem, cum in Austrum profecti essent, cumulis arenarum operios misere perisse scribit. Miror autem Gellium libr. 15. hoc inter fabulosa estimare potuisse, cum historica fide nihil dissimile Strabo prodiderit, & multis de locis C. Plinius author cum primis grauis, paria memoret: uelut lib. secundi. 47. capite de Dalmatia sp̄cu, in quem deiecto leui pondere, quamvis tranquillo die, turbini similis emicet procella. Quod & apud nos in proximis alpibus Abbatis cellæ (ita pagus Heluetiorum uocatur) ingenti, & altissime demissso specus fieri obseruauimus. Verum talium fortasse causam uerisimile quis retulerit? Maiora alibi mirabilioraq; extant. Quorum

CYRENAICA.

rum haud aliud cause possit afferre mortalium quispiam, quam diffusæ (ut Pli. uerbis utar) per omne naturæ subina de aliter atque aliter numen erū pens. Iam in Heluetia, propè Lucernam ueterem, & per celebrem urbem, mons est prealtus, quem ob fragosam asperitatem, & precipitem altitudinem, etiamnum uernacula lingua Fractum cognomiant, alienæ lingue durante uestigio Fracmōnt. Infra cuius editissimum uerticem lacus est, Pilati cognomento, angustus admodum, & palus uerius quam lacus, in quem de industria iniecta maximas tempestates ciere, & omnia undis opplere aiunt: que uero casu incident, nihil irritate cum, tanquam planè humano sensu culpa carere, quod casu fit, intelligat.

Lacus lucernanus miratur naturæ.

sæuit, ut æquor fluctibus. ⁴ Fons media nocte feruet, mox & paulatim tepescens fit luce frigidus: tunc ut Sol surgit ita frigidior, subinde per meridiem maxime riget: sumit deinde teores iterum, & prima nocte calidus, atque ut ille procedit, ita calidior: rursus cū est media, perferuet. In littore promontoria sunt

Capit res fidem, quod pacatum irritare auros, mox fuisse capite plexos, ob illatā accolis calamitatem, oppidanū referūt. Ego anno superiore cum mense Augusto Lucernam uenisse lacus uisendi gratia, à doctissimo, & uere ingenuis moribus predito Ioanne Xylotecto Canonicō Lucer-

Ioannes xyloctus.
Osualdus
Myconius:
Conradus
Grebelius.
Lacus Pilati

nate, humanissime exceptus, & in ipsum postridie montem eductus sum, comitantibus nos Osualdo Myconio, eruditō, & pleno ingenij candoris homine, & Conrado Grebelio Tigurino Grebeliae meæ fratre spectatissimæ indolis adolescentē. Ac prima quidem luce oppidum egressi, in medium ferè montis altitudinem, equis difficulti sanè, nec admodum trita uia uechbamur: mox equitandi amplius cum copia non esset, iumentis in proxima pascua dimissis, & conducto qui nos anteiret pastore, baculis nixi, reliquum altitudinis pedites arctissima semita, quāque non cuius iter fuerit, per ingentes hinc & inde rupium anfractus scandendo exuperauimus. Demumq; nō sine sudore ad paludis marginem peruentum est. Mons ipse, cetera ferè præceps, eo in loco pascuus est, & ingenti se se ambitu in speciem orbis inclinans ualle profunda residet, ipso in meditullio lacum sustinet, tenui tantum iuncto uestitum, & horrida iuxta clausum sylua: quodq; solum adeungi religionem incutiat, alto undique silentio septum. Nullus in eum riuus influit, nullus exit, aqua nigricans, phlegethontæ, & plusquam palustris immota iacet: nec uenti facile torpem exierint: Austro enim & Zephyro reliqua montis pars altissime assurgens late obducitur, ab Euro & Aquilone loci profunditas, & quam dixi, densa sylua tuetur. Mirum autem hybernis eum niuibus non crescere, nec rursum estius contrahi caloribus, deside aqua perpetuo (ut ferunt) tenore suos se se intra limites continente. Illud retulerim, nos in ascensiū, à pastore illo qui ducebat, tantum non iurisiurandi sacramento ad actos fuisse, ne quid importunius tē tremus nisi lacu, aut ne quid iniiceremus. Capitis ille sui aleam ludi aiebat, iterum iterūque modestiam, atque etiā silentium tanquam ad sacra perduceret, expostulans. Quare, ut ueteri loci fame quicquam tribuerem, non parum, fateor, commotus fui. Quanquam fabulosum esse constat, quod de Pilato quidam somniarunt, cerni eum quotannis in lacu, uidelicet iudicis habitu, nec annum superiuere posse, qui uiderint, magna uanitate. Hec enim mortalium levitas est, ut locis nature numine aliquo insignibus fabularum præstigijs adnectant: & interim natura, nescio quomodo comparatum, ut non difficile credant, qui audiunt, religionis ut quadam ad hoc ipsum nos alliciente, & in hanc etiam credulitatem rerum nouarum adeunte cupiditate. Porrò uerum sit nec ne, quod de memorato lacus in genio constantis accoliarum fama circum fert, ne nunc quidem dixerim, cum experiri nubi non licuerit: ac ne si licuerit quidem, id facere sine magno discrimine potuissim. Sed pleraq; tamen omnia ut recipiam, multorum experientia, & autoritate deprehensa, confirmataque naturæ miracula omnibus propè in partibus eius in signia monent: ut interim non referam, eam nubi loci Genium uisum esse, qui in loco præsertim tam edito, haud difficile natæ de se famæ respondere posuit. Adeò enim excelsus mons est, ut à prima luce ad lacum uidendum, mox ad summum montis uerticem egressi, & circa moram longo descensu ad equos reuersi, occasu iam Sole cum noctis principio urbem ingressi fuerimus, duabus plurimum horis ad cibam medio in monte capiendum insumptis. ^a Fons. Solis. Solis dictus, quod eius per cardines motu, calore & algore uariatur. Meminere Diodorus, Arrianus, & Herodotus ubi supra. Ouidi. lib. transformatorū. 15. Medio tua corniger Hammon, Vnde die gelida est, ortuq; obituq; calcscit. Hermolaus duos fontes huiusc in genij illis i locis esse credidit, Plinius authoritate motus, qui scđolib: Louis, inquit, Hammonis fons interius frigidus, noctibus feruet. Et paulò post, in Troglodytis, inquit, fons Solis appellatur dulcis, & circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepescens, ad noctis media feruore atque amaritudine infestatur. Hoc Pompo. ad Hammonis fontem retulit. Ceterum ut ex Plinio duos intelligamus propè necesse est. Solinus enim alterum fontem ad Debrim esse ait Garamantum oppidum, quos Hammonis & Troglodytis proximos esse constat, alterum ad Hammonis templum locat. Silius tertio libro: Stat fano uicina, nouum & memorabile, lympha, Quæ nascente die, quæ deficiente tepescit: Quæq; riget, medium cum Sol ascendit olympum, Atque eadem rursus nocturnis feruet in umbris. Lucretius libro sexto: Est apud Hammonis fanum fons luce diurna Frigidus, et calidus nocturno tempore fertur. Cuius rationem reddit, quod multa ignis semina terra iuxta inclusa, noctu, stringente frigore compingantur, fontemq; calefaciant, quæ die exorto per Solis lucem iterum terra calefacta in pristina latibula diffundant. Inde illa de eodem in Meteoris Ponta. retulit: Causa quidem uel certa subest, nam frigora noctis intus alunt ignes, nocte & uapor æstu at imius: Vnde fluunt calidi noctis per tempora riui: Luce autem cum Sol terras populatur, & ardens Exhalat uis-

Fons Solis.

Duo Solis fontes ad Cyrenaicam.

zephyrium. *Nauisab-*
u. O.
Portus Pa/
rætonius.

tum uenæ recreantur hiantes, Vnde redit gelidus sua per uestigia torrens. *a* Zephyrion. Strabo libro ultimo pre-clara esse loca Zephyrium & Naustathmon ait: illud à uento in quem prospicit, hoc à nauium statione nomen sortitum est. Græci ναυσαθμός nauale nominant. Titus Livius libro quartæ Decados. 7. Alterum Phœcæ in Asia portū Naustathmon à re ipsa appellatum ait, quia ingentem uim nauium capiat. Est et aliud Zephyrium Plinio in extima Italia, à quo Locri iuxta habitantes Epizephyrij dicti sunt. *b* Parætonius. Hic ingens est & ad. 40. stadiorū amplitudinem expansus, Strabone autho-re libro ultimo. Etymū uocabuli apud Her-

*Hesperia.**Cyrene.**Locus Soli/ni.**Afrorum re/bilio.**Afrorum fe/rissas.*

molaum lege cap. 5. quinti libri Plinij. Ibi dem oppidum eiusdem nominis est, ab aliis Hammonia dictum eidem Strabon. Lukanus Syrites Parætonias uocat libro ter-

mos vallis deuexa in Aegyptū, sinit Africam. *c* Oræ Vrbes, *d* Hesperia, Apollonia, Ptolemais, Arsinoë: atq; vnde terris nomen est, ipsa Cyrene, Catabath-

tio: Vsq; Parætonias Eoa ad littora Syr- mos vallis deuexa in Aegyptū, sinit Africam. *e* Oræ tes. Silius libro tertio: Perq; Parætoniae ce- sic habitantur, ad nostrum maxime ritum f moratis lebratum littora Syrtis. *f* Hespe- cultoribus, nisi quod quidam g linguis differūt, et cul- ria. Ideo ita dicta, quod iuxta eam in luco tu deorum, quos h patrios seruant, ac patro more ve- sacro Hesperidū horti fuisse crediti sunt, ut Plinius indicat: alias Berenice dicitur mē domicilia sunt, quæ Mapalia appellantur, vixius una potissimum urbium Cyrenaice pen- asper, & mundicijs carens, Primores m sagis velātur, tapolis: Arsinoë aliquādo Teuchira dicta vulgus bestiarum, pecudumq; pellibus, humi quies, Straboni & Ammiano: Ptolemais autem Barce, à qua Barcei, ut libro quarto He- rodotus. *d* Cyrene. Hec omnium clarissima est, & quæ regioni circumiacenti nomen daret uisa. Strabo libro ultimo à Theræis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti, Theram insulam prius coluerint, hinc in cōtinente Cyrenem ædificauerint. Idem octavo libro, ubi de Minyis, Eorum inquit nonnulli duce Thera Antesioris filio nauigantes, ad insulam inter Cyrenas Cretamq; sitam peruenierunt. Eam prius Calliston, hoc est pulcherrimam, posterius autem Theram uocauere, auctore Callimacho: ubi post Cyrenam Theram metropolim ædificauerunt eiusdē cum insula nominis. Hactenus Strabo: Ex horum uero numero Battus quidam fuit, qui Cyrenes cōdendæ fuit author, quod alibi idem Strabo indicat. Inde Battidas Cyrenenses Silius nominavit libro tertio: Necnon Cyrene Pelopej stirpe nepotis Battidas paruos, fidei stimulauit in arma. Idem secundo libro: Et iniquo Sole calentes Battidas. Et Battidas Callimachus dictus est paulò ante citatus à Strabone, Elegorum scriptor: qui primi belli Punici tempore apud Ptolemaeum Alexandriæ regem clarus extitit, Gellio. Cyrenenses Theræos colonos Tibullus dixit ad Messalam: Nec fera Theræo tellus possessa colono. *e* Multa Straboni consentanea Herodotus refert in Melpomene, Cyrenæ equorum nutricem esse, & optimos fructus ferre Strabo ait, hinc ex Dionysio Polemon: Necnon Cyrene clarorum mater equorum, Vrbis Amyclæ Battus quam condidit olim. Hoc ipsum uero Dionysium à Pindaro mutuatum esse Raphæl adnotauit libro duodecimo. Ex Cyrene uiri clarissimi oriundi, quorum libro ultimo meminit Strabo. Solinus Cyrenem ab ipso Battio Olympiade quinta & quadragesima, rege Martio res Romanas tenente conditam esse scribit. At ultra Olympiadæ quadragesimam non durasse Martium, Eusebius in Chronicis indicat. Itaque sufficor, in tem- porum supputatione erratum apud alterutrum, quod ad Cyrenas attinet, quarta Olympiade conditam à Battio alicubi Eusebius scribit Romulo & Remo iam adolescentibus: alicubi diuersum confirmat, ita tamen, ut nusquam sibi cum Solini supputatione conueniat. *f* Oræ. ut ab Herculeis columnis descriptæ sunt, secundum littora nostri maris. *g* Moratis cultoribus. Nam quo longius à littore illic absunt, eò magis inhumani & feri, adeò ut qui sunt intimi non moribus tantum, sed uoce etiam & ipsa effigie ab hominis natura recedant. *h* Linguis. Nil mirum in tanta, tamque diuersa originis gentium uastitate. *i* Patrios. Ut longa eos consuetudo uenerabiles fecit. Hera rod. scribit in quarto libro: Solem eos & Lunam, tum & Tritonem, & Neptunum, & Mineruam paſsim uenerari.

j Proximis. Remotius paulò à mari habitantibus. *k* Nullæ urbes. Tota enim Africa, si aut Asia, aut Europe conferas, urbium est inops. *l* Mapalia, Eadem & magalia dicuntur. Virgilius Aenei. primo: Miratur mo- lem Aeneas magalia quondam. Vbi Seruius: Magar inquit lingua Punica uillam significat: ceterum magaria, siue magalia, Poeni multi casas agrestes, & furnorum persimiles sua lingua nominant, que eadem & mapalia dicun- tur, ut Maro Georgic. tertio: Quid tibi pastores Libye, quid pascua uersu Prosequar, & raris habitata mapalia te- sit. *m* Sagis. Vestibus ex uillo crassiore textis, qualibus uetus in re militari frequenter usi sunt, & hodie uti- tur ad arcendam cœli iniuriam nostrates. Eo uestitu plebs Hungarica, & Sarmatica peculiariter utitur, quin & è lino asperiore facta constat: qualium usus hodie apud Germanos, Rhenos, ac non ita pridem apud Heluetios in ca- stris fuit, uillo linoue intertexto, contra quo slibet iectus ut pro lorica, pro thorace fuerit leui armatura munieris. Durat adhuc nomē, et uulgus Schagum, siue rudius apud nos Schägggen uocant, planè sagū intelligentes. M. Cicero Philippi. *n* Saga sumi dixi placere, in quo omnes acruis, grauiusq; incuberent, ad ulciscendas reipub. iniurias. Indicat aut hoc ipso Pōp. quanta apud ferros homines cultus negligentia sit. *o* Humi. Id hodie Thuræ merentes assolēt, cum longis itineribus fessi, eos sibi ad quietem campos deligunt, quos nox permitut. Cæterū epulas humili capere, uel

Heroës

Heroës olim consueverunt. Vnde illud extat Vergili: Fusiq; per herbam Impletur ueteris Bacchi. &c. Et Homer Odyssæ tertio, Telemachum super mollibus stratis pellibus sedentem, iuxta maris littus in Nestoris conuiuium receptum scribit. a Gregibus. Nomades enim sunt, & totam in grege substantiam habent, ut alij multi olim: nam & Latinis uetus in illo diuitiae fuerant. Hinc Seruius omne patrimonium apud maiores peculium dictum esse ait, à pecoribus, quibus eorum constabat uniuersa substantia: nec sine causa in uetus innumis signum ouis, suis, bouisq; apparuit: nisi falsa sunt, que in Valerij Publicole uita Plutarchus scribit. b Vagi. Id graphice Maro in terro Georg. descripsit. c Sine lege. More primorum mortalium, qui in agris paßim bestiarum more uagabantur, & si bi uictu ferino uitam propagabant, ut Cic. ait libro de inuentione primo. d Simul coniuges. Ut & Parthis fuerunt, mira eos ad id titillante libidine, qui tan nullu delicta grauius adulterijs vindicarint: eā ob rem non à conuiuijs tantū coniuges suas arauerunt Parthi, uerum etiam omni uirorum conspectu illis interdixerūt, ut Cœlius Rhodiginus libro antiquarum lectionum quintodecimo adnotauit, uir in tempore etatis nostræ doctissimus.

Parthorum
in coniuges
seueritas.

epulaeque capiuntur. Vasa ligno fiunt, aut cortice: potus est lac, succus que bacarū: cibus est caro plurimū ferina, nam "gregibus (quia id solum optimum est) quoad potest parcitur. Interiores etiam incultius sequuntur^b vagi pecora, vtq; a pabulo ducta sunt, ita se actuguria sua promouent, atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt: quanquam in familias passim, et^c sine lege dispersi, nihil in commune consultat: tamē quod singulis aliquot^d simul coniuges, & plures ob id liberi agnati sunt, nusquam pauci degunt. Ex his qui ultra deserta esse memorantur^e Atlantes, f Solē execrantur, & dum oritur, & dum occidit, vt ipfis agris que pestiferum: nomina singuli non habent,^g non vescuntur animalibus, neque illis in quiete, qualia cæteris mortalibus, h visere datur.

tur, ut exitiæ hominibus agrisque, neque insomnia uisunt, qualia reliqua. & libro sexto Capella, ut Arrianum, & Herodotum præterea. f Solem execrantur. Nam ipsi est circuerticem: nam tunc ob moram intolerando æstu afficit. g Non uescuntur animalibus. Non gentium tantum, sed etiam sapientum ueterum hic ritus fuit, ut ab animalibus uescendis abstinerent. Sic Brachmanes, & Samanei Indorum gymnosophiste, quos præter reliquam temperantiam, & sanctimoniam animalibus abstinere solitos Cherson olim tradidit Stoicæ discipline sectator, ut Porphiriū adnotauit de sacerdotibus Aegyptijs sapientie studio deditis, in eandem sententiam referens. Pythagoræ iniustum esse dicebant animal occidere, à quo illud Ouidij emauit libro Met. 15. Quid meruere boues animal sine fraude doloque haud enim aliena omnino à natura nostra hec esse aiebant: propterea mansuetudinem & clementiam quandam erga feras tanquam humanitatis & misericordiae specimen meditati sunt. Mosaica quoque lex ciborum delectum, & uetite carnis nomenclaturam habebat, Euangelij candore & Apostolica traditione illa omnia respuente. Etiam si sint hodie, qui rem in primis magnam, & quam plebs mirari debeat, præstare sibi carnium abstinentia uidentur. Praeclarus ille gentium doctor Paulus quanto capite prioris ad Timotheum epistole manifeste tradit, non admodum candide de fide sentire, qui à cibis abstinerent, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus: Quicquid enim, inquit, creauit Deus, bonum est, & nihil reijcendum, quod cum gratiarum actione sumitur. Omnia enim, ut idem ad Titum scribit, pura sunt puris. Rursum 14. capite ad Romanos, eos qui quibuslibet non uescuntur, infirmari in fide indicans admittendos quidem magis, quam disceptatione premendos precipit, maxime si id cum gratiarum actione faciant: ceterum infirmos tanquam Iudaismi reliquijs quibusdam fatetur: Alius autem ait, qui infirmus est, holieribus uescitur. h Visere datur. Plinius ultimo cap. libri decimi: Quidam uero nunquam somniant, quibus mortiferum fuisse signum contra consuetudinē somniorū ait. Quod si non somniant Atlantes, consequens est, ut spiritus in eis phantasticus, quo minus imagines seu formas rerum sensibilium ab exterioribus sensibus in apprehensionis virtutes, quæ intus sunt delegatas, suo modo moueat, à spiritis numerisq; uaporibus in cerebrum ascendenteribus, & ad cranci concentum repulsis, pari semper tenore prohibeatur: quod reuera dignum admiratione fuerit, cum Themistius tamē Aristotelis interpretum clarissimus, non dubitet corporis naturam, & temperamentum pro etatis, aut affectionis alicuius mutatione uariari. Si igitur in iuuentute non somniasset, uerisimile erat propter mutatam affectionem atque etatem ita futurum, ut in senectute somnia uiderent: aut si senes ab insomnijs prohiberentur, fuisse tamen ut uel iuuenes somniarint. Nisi communis huius affectionis penuriam ad Solis æstum referre libet, adeò intensum & pestiferum illis, ut qui perfuerunt, execrari cum non desinant. Fieri enim potest, ut ex uehementi resolutione,

Brachmanes
Aegyptijs.

Pythagoræ

Mosaica lex

Paulus.

Atlantes nō
somniavit.

Themistius:

Coniectura:

D subtile quod

subtile quod in corporibus est, diffuat, & in auram evaporet: quod uero spissum crudumq; est, intus residat, & ad interiora reuerso calore, præstum post pastum, affatim fumet. Præterea digerentis uirtutis uigore propter perpetuam caloris dilatationem atq; evaporationem, incocti uapores cerebrum animalis uirtutis sedem obruant: idq; efficiant, ut formæ ille rerum externarum singulorum sensuū allatæ ministerio, manare à phantasmate sive organo formarum, & placido profluere motu nequeant: quæ res somniū tamen consentanea Peripateticorū traditione gignere solet. De quo quoniam referendi data occasio est, placuit ut paucis, carptimq; & ut quæq; necessaria scitu incidissent, in medium afferremus. Principio, constat animam potissimum entelechiam esse, ut Aristoteles tradit, organici corporis, hoc est præcipuum perfectionem & uitalem formam: quæ in corpore mira quadam naturæ solertia effigiato, non aliter quam prudens in regno suo princeps, ad queuis ordine agenda euigilat. Intus enim forisq; circunspecta sola omnium & consiliorum, & negotiorum decretis dispensat. Huic in omni animali spiritus adhærescit laborum socius, & industria comes: quem Peripatetici ferè corpus subtile & aërium esse dixerunt. Alij cum Heraclito medium inter aërem & aquam. Albertus noster evaporationem ait, quæ ab humiditate naturalis cibi assurgat, suscitante eam calore naturali, cuius principium & sors cor est, depurante uero atque digerente calore animali, quem omnium ait defecatissimum & subtilissimum esse. Hic autem spiritus instrumentum est animæ ad omnes operationes eius destinatum, uite & omnium uirtutum animalium ab Aviceenna dictum, per omnia manans à corde, sensuum instrumenta, aliterque atque aliter sese ad proximas uires accingens, prout in aliud aliudque organum uirtutem detulerit. Lucidus uero transparensque, ac planè etherea conditione, cum bene habet, quemadmodum tradit Synesius: sicut hebes terrenusque fieri solet, cum habet male, & violenta affectionis cuiuspiam inuasione deformatur. Calidus autem cum sit, & cum calore uirtutes ad instrumenta deferat, fit ut suopte in genio prouocante calore à corporis meditullio ad extrema expandatur, ut operationis perfectionem in omnibus organis coadiuuet: quia uero subtilis est, & caliditate genuina summos aperit corporis poros, diffluere illac, & propter substantie sue tenuitatem frequenter evaporare solet. Cuius rei euidentis argumentum est, quod magno sudore, et grauiori paulo corporis fatigatione laſsi debilitamur, non alia magis causa, quam propter spirituum & caloris naturalis resolutionem. Porro & sensuum usu spiritum, qui uehit, prosterni contingit, ac longo in opere sensationis deteri: nec raro, quemadmodum Albertus tradit, ita consumi, ut nisi ad interiora, ipsumq; fontem, qui cor est, regressus uices quasdam quietis obiret, seq; recuperatis uiribus reficeret, periclitari animal, uitaque destitui contingere. Adeò nihil est in opere naturæ, quod non exemplo dierum noctiumq; aliquas uices feriarum uelit, ut libro decimo septimo Plinius ait: Debilitato igitur spiritu, organa infigidantur, poris contractioribus, & abit ad interiora etiam à frigiditate repulsus ille, quo facto languere organum suaque destitui uirtute, simul & operatione incipit: quanquam interim perfestum, animatumq; esse non desinit, mox sumis subortis, & augecente frigiditate sopor obrepit, atque ut Lucretius libro quarto ait: Sensus abit mutatis motibus alte. Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus, Debole fit corpus, langescunt omnia membra, Brachia, palpebræq; cadunt, popliteisque cubiti. Hoc ipsum est quod somnum uocamus: per quem sensibus exterioribus quotquot sunt, & uirtuti, quam in illis animalem Physici uocant, tantisper uacatio datur ab opere, donec spiritibus ad fontem regressis uires ad repetendum laborem, & fatigationem sustinendam auetiores fiant. In illa autem leni, & suaui quiete, præter spirituum confortationem, illud etiam commode inest, quod uagetabilis uirtutis partes ea mirifice iuantur. Quemadmodum enim somnus ligamentum est animalis uirtutis exterioris, ita naturalis eum interioris, & omnino digestiæ incrementū efficere dicimus. Rursum siat uigilia ad extima corporis calor cum spiritu expanditur, ita per somnum in intima colligitur. Ea de re C. Plini. capite ultimo, libri decimi: Somnum nil aliud esse ait, quam animi in medium secessum. Absesse enim uidetur animus, cum uacuis organis uitalis agitatio deest: rursum adesse, cum suo in organo uirtus excubans in statu manet obcundarum sensationum. Zeno autem Stoica sectæ magister, quemadmodum libro secundo de diuinatione Cicero tradit, ipsum dormire nō aliud esse aiebat, quam contrahi animum, & quasi labi, atque concidere. Porro naturalem esse, atque ineuitabilem affectionem hanc, ipsa uite ceterorum animalium ratio probat, talem quietis, & uigiliorum uicissitudinem seruans, nō libidine prouocatam, nec sanè consulto admittam, sed naturæ tantum, cui illa parent, tenore. Dignum uero scitu est, quod Aristoteles libri de generatione animalium quinti, primo capite tradit: Somnum talem sua natura uideri, ut uiuendi, & non uiuendi interliniū sit: ut neque omnino sit qui dormit, neque omnino non sit. Viuitur enim potissimum uigilia, ut ait, propter sensum. Ea de re commode Ouidius: Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago? Et in præfatione hystoriae sive Plinius: Profecto uita uigilia est, inquit. In homine autem principe animali multa insunt, quæ somnum nurifice uariant. Nam crapule usus, quo sepius, quóque profundius dormias efficit, ebrietate rariſime somnum detrectante. Ieiunium autem ſepe admittit, ſepe etiam repellit. Præterea & repulſam pati ab homine, dum non admittitur somnus, didicit: Quando ipſe uiderim, qui ludendi cupidine transuersum rapti, tertiam uix noctem quieti dederint: adeò est naturæ etiam blandimentis iniqua, auri sacra famæ. Interim & sponte susceptæ fatigiones, & affectuum ratio, quod minus constans in homine somni tenor existat, efficiunt. Communis autem & confessa diuersitas in aetate, regione, complexione, & consuetudine est: ita ut indubium tamen esse debeat, dormiendum esse homini, etiam in summa quiete animi, simûlque corporis constituto, ne perpetua fatigatio ne resolui spiritum, & ut dixi, natuum calorem consernari contingat. Scimus enim iam somnum uigorem esse, & confortationem sensus spiritualis, hoc est interioris, & uinculum sensus corporalis: sicut erigente uigilia corporales

Anima En/
telechia cor
poris.

Spiritus ani
mæ comes.

Nota.

Sententia.

Lucretius.

Somnus.

Vigilia.
Somnus qd.

xeno.

Aristotelis
de ſono pul/
chrūm.
Ouidius.
Plinius.
Somnū mul/
ta uariant.

rales sensus in actione existunt, & uigore uitali, cum debilitate sensus spiritualis. Quod quomodo intelligi debeat, Magus ille Albertus libro de somno, & uigilia priore docet. Atque hucusque quidem de somno breuiissime. Nunc de somnio uideamus. **S O M N I V M** in uniuersum uocamus, quod dormientibus nobis rerum simulacris quibusdam apparere consuevit, quibus noscendis uigilare, & res ipsas coram sentire uidemur, ut libro quarto Lucretius: In somnis eadem plerunque uidemur obire, Causidici causas agere, & componere leges, Induperatores pugnare, ac prelia obire, Nautæ contractum cum uentis degere bellum. Rem plerunque autem somniare nos intelligimus, non raro ratiocinamur, et que latebant, in insomnio disamus: præterea & moneri nonnunquam uidemur, itemq; edoceri de futuris: Rursum coram intueri, que post nobis obueniunt, que quanquam multi fariam contingent, et à Macrobius alijsq; in multa genera distributa sunt, somnia tamen esse in genere consuat: sicut somniare dicuntur, quibus hec in quiete apparent. Libuit autem hoc loco libare quedam de illo, quod in somnum Macrobius uocat, somnium propriæ Peripateticis dicto, quid sit, & quomodo fiat: cum constet frequentissime fieri, ut cetera quoque id genus qualia sint, & quibus animæ in uirtutibus oboriantur, notiora esse queant: Video enim Macrobiu[m] discrimina, & euentus horum diligenter quidem explicuisse: ceterum originem non adeò attigisse, rem perinde dignissimam scitu, atque illa est, quam prodidit. **Q**uis enim nouisse nolit quid illud sit, unde manet, quò abeat? quod quiescentibus nobis efficacissimo impulso, & admirabili commotione scenam quandam uersatilem uariarum rerum edit, & personæ imagibus iuandam interim Comediam, interim Tragicam messtiam exhibet, ubi Theatrum sit inter orbis specta clu, cum uarietate, & artificio, tum copia ornatuq; uisendū: ubi plerunq; prodire in proscenium solent, quorum nomena quidem extent, queq; fuisse, fieriue, aut futuræ esse nequeant. De quibus longo sermone edidicens Albertus Germanus uir excellētis in omni philosophia doctrinæ libro de somno, & uigilia secundo: Somnū ait, non aliud es se, quād motum fantasticum in organis sentiendi factum. Dictum autem, quod in somno fiat. Hæc eum affectio non nisi dormientibus accidere potest. Quod ut explicatissime reddatur, paulò altius, pro nostra uirili sumnam de uirtutibus animæ repetemus. Multiplex animalium gradus est: quedam enim vegetabilem naturam souent, cāmque solam, uel plantarum animæ. Quedam sensum præstant, atque id rursum multiplici differentia. Ceterum que minimū, sensum tamē tactus, quo sine nullū animal degit, ut proprium retinent. Nam animalum quidē dixeris corpus aliquod, quod sensu caret: animal autem esse sine sensu impossibile est. In imperfectioribus autem imperfectiora omnia sūt: quemadmodum in his agilior, & promptior actio est, que ad altiora natura efformauit. Hos uiuentium gradus, siue hec malum animarum discrimina dicere, admirabilium parens operum natura peperit: & ille ante omnia natu[r]e architectator, cui id quod sunt, cuncta debent, cuius consilia scrutari uelle furor est, et summa impietas credere facta, que is in principio æternis consilijs ductus fecit. Nobis autem quoniam animalium hystoria incidit, de somnio dicturis, de his potissimum intelligemus in transcurso, que in uirtutum auctiore numero perfectiore obtinent sui generis locum: quorura cum supremum absolutissimumq; sit homo, cuius animæ & igneus uigor est, & ut Maro dicit, celestis origo, de hominis somnio, quemadmodum & de somno autea, maxime referemus. Aristoteles igitur libro de anima tertio: quum in telle Etum in homine à principio dixisset, esse tāq; tabulan deletilem, in qua nihil depictū est: satis indicauit omnis cognitionis nostræ, quam in carne agentes habere de rebus possumus, à sensibus oriri, & p[ro]l[im]pſestōn illum de super artibus nostris immuſsum, bis primum formarū modulis pingi, quos sensorijs extimus à conspicuus corporibus desumptis, interior animæ uis hauserit. Quanquam enim permulta cognita sunt à nobis, quorum nullum in sentiendi principijs fuit, occasione tamē sensuum illa comprehensa esse indubium est. Proinde præclarus Academiæ alumnus Synesius, cuius de somnijs à Marsilio Ficino latinus factus liber extat, modum precipendi perphantasma, id est, forme apparitionem siue speciem, antiquioris proprieq; inspectionis nostræ munus esse ait. Nec temere libro de diuinatione secundo M. Cicero scribit, nullam speciem sine impulsu imaginis cogitari posse. Intelligentias namque sine phantasmate adere non solemus, nisi forte ad breue quispiam immateriale (ita Synesius uocat) attigerit speciem: quod uirtute eius intellectus, quem Peripatetici agentem nonnunant, contingit. Idem, Phantasma supergredi non minus arduum esse ait, quād beatum. Hinc illud inoleuisse apud Platonicos arbitror, ut animam in somno quodam degere dicent, etiam uigilia concitatum, id quod Porphyrius non uno in loco tradit. propter quod seorsum, & que uere sibi propria est uirtute cernere, atque intueri nihil queat, quād diu intra istud ueneficijs delibutum carnis habitaculum delitescat. Ad quem locum attinere mihi uidentur portæ ille imperscrutabilis somniorum ex decimo nono Odyssæ Homeri, & sexto Aeneid. Maronis, à Macrobius libro de somno Scipionis primo indicate: quarum una animalem in homine apprehensionem significet, fallacem nimirum, & scientie ignoram, maxime dormientium, altera intellectualem referat, que altius quidem, ceterum haud unquam si ne sensibilis formæ, dum sic est, admunculo cognoscere solent. In hauriendis autem simulacris rerum, & typis, decem precipuis uirtutibus anima tanquam instrumentis utitur: quarum extiores quinque sunt sensibilium corporum, ut presentium speciunibus affectæ, quas ministeres, & ostiarius communis sensus, de quo mox dicemus, Synesius uocat. Relique quinque in interioribus organis sitæ sunt, & simulacris rerum non ab ipsis primum rebus, sed ab extimis sensibus desumptis conspicue fiunt. Sunt autem hec: uirtus communis sensus, imaginativa reæntioribus dicta, cui coniuncta estimatiua sit, mox phantasia, denum memoria: que licet diuersis apud multos nominibus censeantur, ordine tamen quo diximus, propè omnes ab omnibus intelliguntur. Synesius interiores ab extimis eo ipso discernit, quod sensus, quia per instrumenta fiat palam proposita, maxime sit animalis, & hominibus

Sōniū quidē
Lucretius.

In somnum:

Somniū sc̄e
n.e compara
tur.

Somniū qd̄:

Multiplex
animalium
gradus.

Origo ani
marum.

Hominis ani
ma.

Animæ recē
ter indica p[er]
lumpfestos
quiām est.
Synesius.

Animæ no
stra semper
in sono est

Sōniū portæ

Virtutes ant
m.e decim

Nota.

Sensus communis.

Imaginativa

Phantasia un
de dicta.

Aestimativa

Phantasia.

Memoria.
Quæ virtus
esse somnum
præsent.Quæ pro /
prie insomia

Themistius.

Nota.

Formæ rerū
non tā uigi/
lantes quan
dormientes
mouent.Similitudo.
Somniū quo
modo sicut.Duo imagi/
num prom/
ptuaria.

cum brutis non communis tantum, sed longe etiam inferior. Virtutem autem interiorem, quoniam sine medio segregato fiat, propiorem animæ, & diuiniorum esse ait: Cuius hoc argumentum est, quod uirtutes illæ interiores ab Alberto apprehensiæ dictæ, quanto longius à primis sensibus absunt, tanto sunt in recipiendis, censendisq; formis efficiiores, magis magisque aliquid de potestate, & perfectionis gradu adiuentes, etiam si re ipsa non differunt, & apprehendendi modo magis, quam essentia secernuntur. Communis ergo sensus in anteriori capitil parte residet, & extimorum sensuum, quorum, teste Alberto, origo est, affectiones colligit, discernens inter eas, ac planè dinoscens, uelut asperū ab albo, sonorum ab austero, illiusmodiq; distinctorū sensuum alia: quod ipsum nullus priuatorum potest. Singula enim singulis obiecta sunt, quis, ut proprijs mouentur. Sunt quidē et cōmunita, uelut numerus, unitas, motus, quies, figura, magnitudo, in uniuersum ferè ab his sensibilia, inter quæ extimus tamen sensus discerneare, & dijudicare nequeat. Propterea cōmumem sensum uelut centrū esse in circulo Alber. ait: à quo sitis lineæ ad circumferentiam, ita uirtutes in extimos sensus abeant, rursumq; redeant ab illis, à palā expositis sensibus hausta. Ideoq; à Synesio uere sensus sensuum appellatur. Imaginativa, simulacra, & typos rerum forinsecus oblatarum retinet, quibus per harum absentiam moueri nihil minus, atque agitari solet. Hoc etiam sensu communi diuinior, quod hic in actione esse nequeat, nisi presentibus rebus, quarum formæ statim extimus sensorijs apprehensæ in eo, uchente spiritu conueniant. Auicenna interpres phantasiam uocat, communi nomine cum illa, quæ propriæ talis est: nec mirū, quando Græci phantasma ἀντὶ τὸ φανεῖν, quod apparere significat nominent: & in his uirtutibus non possint non apparere imagines. Nulla enim interiorum uirtutū, quæ organis claudatur: sine formis, quas species alij uocant, natuam actionem efficere potest. Genuinum enim est, inquit, Magnus Albertus, animæ per imagines corporales cognoscere quicquid cognoscit. Nihil autem necesse idem author existimat, ut imaginationis organum ab eo quod sensus communis est, aliud esse credamus, tantum diuersam hanc ab illa uirtute uirtutem esse intelligamus. Aestimativa, quanquam diuersam tradunt ab imaginaria, non penitus tamen ab ea separatur: quod aestimare nemo posset, nisi imaginetur. Hæc autem uirtus in apprehendenda forma sensibili eximio quodam delectu rationem quandam prescribit utilis, inutilis, noxij, salutaris, commodi, incommodi: cuius affectionis comitem esse amorem odiūmū necessere est: Rursum & insectationem, & fugam, gaudium & tristitiam, quæ ex hac apprehensionis ratione nascuntur. Atque hec prima quidem interiorum uirtutum est, quæ seipsa in forma uel simulacro elicit, id quod nullo primorum sensuum deprehendi potuit, manifesto maioris perfectionis indicio. Huius organum idem esse existimatur cum imaginaria organo, aut saltē propinquum. Phantasia rerum formas perinde atque à cogitatione siue aestimativa receptæ sunt, accipit: mox tanquam ratiocinans confert cum intentione, ut uocant commodi incommodiq; , noxij, salutaris. Decernit etiam, & certam in sententiam, quod nulli priorum dabatur, pedibus uadit. Cuius organum Auicenna medium cerebri uentriculum facit. Postrema harum memoria est, carum intentionum & cogitationum, quæ sensibili specie comprehendi nequeunt, ferè promptuarium, et ut pleriq; omnes uocant, thesaurus quidam. Ex his omnibus tres sunt, in quibus id quod propriæ somnium dicitur, locum habet, Imaginaria scilicet aestimativa, & phantastica: quas hoc ipso conuenire Albertus ait, quod à formis tantum singularū rerū, quæ sensualis cognitionis principia sint, afficiuntur: hoc autē diuersas, quod apprehendendi ratio in eis alia atq; alia existit. In uniuersum autem rationali uirtuti coniunctas uelut in homine præstantiores diuinioresq; esse constat: in quo solo plerūq; non percepta sensibus, è memoriæ thesauro profecta apparere in somno solent, cum rationis & iudicij secernitudo, & omnino omnibus his quibus uigilans ad opus sese uitale accingit. Ceterū non propriæ insomniæ ista fuerint, quod fallacia non sint, maxime si ita affecti sese somniare intelligant. Somnium enim reuera instrumentorum est formarū sensibilium: & ut Alberti uerbis utar, sensibilis partis affectio, rationis interim discernitudo consopito, quo durante dinoscenteq; fieri non posset, ut cū res coram cernere, itemq; interessē negocijs uideamur, & non simus tamen, hoc modo decipi nos falsa persuasione contingere. Doctissime ergo Themistius cum somnium definiret, uisū esse dixit, qđ secundū quietē occurrit, quoties uis, quæ iudicat, obligata desertāq; est lāguore corporis. Porro non omne quod occurrit in somno, in somniū esse, nisi ea ratiōis pars, quæ iudicat, possessa oīs obuolutaq; sit. Hoc autē sentiēdi genus, qđ sopitis organis extimorū sensuum fieri in quiete uidemus, sacratus esse Synesius ait omni alio, quod eo ipso Dijs quoq; monētibus aut prædicantibus, aut etiā simpliciter consulētibus nonnunquam approximemus. His hactenus expositi, ut somni proximā causam explicemus, annotandū, quod à simulacris rerum, quæ in interioribus organis afferuantur, motus & agitationes non tam in uigilantibus cum cogitatur, quam etiam in somniantibus cū dormūtur, fieri solent. Cuius hanc Albertus causam reddit, quod in uigilantibus undiquaq; exteriores sensus afficiuntur: & quemadmodum apes obuolantes undiq; conquistatam mellis materiā in alucaria deportant, ita illi sine intermissione rerum forinsecus obiectarum formulas desumentes, indefessum perficiunt comparanda cognitionis ministerium. Quod dum sit, ne intellectus quidem à conferendo & secernendo, pauloq; aliis aestimando quietus manere potest. Noctu autem siue hora quietis, quando (ut Albertus ait) organa sensuum frigus claudit, & ab extrario tumultu fortissimarum passionum, quæ à forinsecus obiectis sensibilibus fiunt, sensoria uocant, propter somnum, qui horum est ligamentum, cælore, spiritu, & uirtute ad interiora reuersis, sopito itidem iudicio, motus phantasmatum tanquam in alto spectantis theatri silentio è formalī seu imaginativa non aliter, quam è scena in proscenium egressæ, uectore spiritu, quem animalem Albertus uocat, manifesta sese agitatione prodere solent. Formarum autem seu imaginum, quas cœre intus anima solet, duo promptuaria esse libro naturalium sexto Auicenna tradit, thesauros formarum uocans: alterum

alterum intentionum, hoc est abstractarum, & remotiorum à primis sensibus cognitionum, quarum receptaculum memoria sit: Alterum formarum à sensibus profectarum, quarum cella promptuaria imaginativa existat, quam Auicenna interpres formalem uocauit, à formis scilicet forinsecus aduenientibus, quas hec uirtus, ut dixi, retinet. Synesius paucis in intellectum & animam distribuit, quod illi in intentione & formarum uirtutibus ambiant. At uero quoniam constat plurima fieri somnia, quorum repente obliuiscamur, existimat Albertus ea que proprie in somnia sint, non è memoria, nimirum persepe sopita, sed ex imaginativa, siue phantastica principium sui motus habere, ut somnium sit non aliud, quam motus formarum siue simulacrorum sensibilium ex phantasmate, ad interna principia neruorum sensus exterioris expansus, deferente eas spiritu, quem phantasticum Synesius uocat, communissimum sensorium esse eum, & formarum uehiclem affirmans, qui intus hæcens principium sensuum, tanquam ex arce quadam organis largiatur. Ex hoc patere arbitror, sensibilem apprehensionem somniantis, apprehensioni uigilantis contrariam esse: hæc enim à rebus forinsecus oblatis in extinus organis incipit, & ad phantasma terminatur in brutis, estq; in his apprehensione simpliciter, & uere sumpta: in homine autem ad intellectuales usque uirtutes pertingit. Illa autem somniorum à phantasia initium capiens, ad eam animæ partem, que maxime sentit, revertitur. In illa igitur phantastica sunt omnia, simulacris rerum pro ipsis rebus sese nobis offerentibus. In hac rebus presentibus uera confessaque deprehensione est. Docte autem Albertus phantasma, inquit, somnium faciens, principia sensuum mouet non simpliciter: hec enim affectio à solis rebus est, sed per quandam reuersionem euaporationis tenuis, & lucide simulacra deferentis, que in somno ab interiori capitatis parte ad principia organorum sensibilium reuertitur. Deceptione autem, qua res uere presentes nobis putamus, fit à uinculo detinente iudicium potentiarum animæ, que uerum & falsum phantasmatum collatione discernunt. Quibus uerbis locus explicatur dignissimus scitu, quod in homine uigilante attentior cogitatio in motu phantasmatis rerum etiam absentium formas suscitantis facta: qualis ferè in affectis amore, odio, aut alijs modis perturbatis, in tenebris aut solitudine quietib; ante quam dormiant, usu uenit: Quanquam partem sensibilem animæ percellit, atq; afficit, quod carnis pruriens lasciva cogitantis manifeste indicat, tamen longe ista hæc affectio à somnijs affectione abest: ac primo quidem in forti phantasia uigilantis error nullus inest: Nouit enim cogitabundus, res absentes esse, quarum tanquam presenti cogitatione sese oblectat amans, aut exacerbat odios, siue angit, perturbat moleste ferens. Somniates contrà, res absentes, quarum spiritualibus tantum specimenibus agitantur, uere presentes esse non dubitant. Præterea constat in uigilantibus extitorum sensuum organa, etiam si in profundis tenebris, & altissimo silentio quietus quis iacens cogitet: nō recte sopiri tamē, nec deesse in organo accincta uirtute, modo res, que sentiri queant, nō desint. In dormiente contrà, spiritu, & uirtute retroactis, fieri nō potest, ut quicq; aliquo exteriorum sensuum consueto modo percipiatur: etiā si factendum sit facilem esse uirtutis ad sensoria reuersionem, leui causa somnum eximente, modo rigida membra ecstasi nō obstuپuerint. Postremo sāmus uirtutem intellectualem anxie in cogitabundo laborare, & phantasmatum sibi frequentem usum desumere: quod dū fit, sensibiles illæ forme phantasia à perfectiore uirtute retinentur, & occupantur, ut consequens esse necesse sit simulacra sensibilia in formalis uirtutis promptuario coaceruata, nunquam fūsū, & uarie magis ad principia neruorum sensuum effluere posse, perferente spiritu, quam tempore somni, ubi sensu communi sopito, sopita etiā iudicandi uirtute, hæc organica affectio amplissimum suæ energie locū habet. Hec autem omnia cō pertinēt, ut intelligamus nullā uigilantis de rebus absentibus cogitationē phantasticā, somniorū affectionem uncere posse. Nemini autē dubiū esse debet, quin nerui organici priuatorum sensuum non apparēt, sed uera, & presenti affectione intrinsecus à formis illis phantasticis excitentur, eo ferè modo, quo forinsecus, dum in organorum marginibus excubant à corporibus desumptis afficiuntur. Cumq; ibi sit error, & presentia putentur, que absunt, sit ut perinde commoueant, ac si presentia omnia forent. Somnium autem cum uideamus esse affectionem sensibilem, & hæc eius naturæ sit, ut nō nisi in organo sensus locum habeat, consequens est, ut quod Albertus ait, affectio somnijs ad organa sensuum uera, & efficaci peraſſione perueniat. Cuius rei id sanè euidentissimum argumentum fuerit, quod sensuum in nobis debiliū formis rariſime afficiuntur: raro enim odorari, raro etiam gustare nobis quicquam uidemur dormientes: at uero ſepiſime uidere corā, audire, & palpare nos putamus: non alia magis cauſa, quam quod ualidiorum sensuum formæ ſcorſum mouere, & crebro absque rerum presentia afficere solent: debiliorum uero sensuum species, quod rarius etiam uigilantes capiunt, & debili deprehensione conſent, in somno sensuum ſuorum ueruos rariſime cident. Exemplum autem nocturnæ affectionis sensus ex delitijs tactus dinoſcitur, cum primis amantium: in quibus cum per quietem rei amata simulacrum phantastica uirtus effudit, praesertim ita apparet, ut eius potiundæ ſpes eluceat, non ſolum colloquio, & amplexu ſeſe fouere uidentur, sed omnibus etiam modis, & genitalibus arrigunt, & in Venerem ſoluuntur patrantes, uera uoluptate, ac non raro maiori, quam si corā egiffent, affecti. Quod euenire nullo modo posset, si neruis sensus tactus formarum phantasticarum effluuo delibutis, uirtutes cum ſuo ſpiritu ab intra non agitarentur, & nerui afficerentur. Pari cauſa qui dormientes obambulare, & quedam uigilum ſtudia obire solent, afficiuntur: quorum primo capite primi de generatione animalium meminit Aristote. Quanquam rarius id euenit, nec niſi his quibus phantastica foris, confertaq; est ſpiritu: tūc enim uirtus, que mouet ad motionē phantasticis, uehementer organo tactus ſoluto cietur. Alber. noſter id fieri existimat à calore nō naturali cū humore exterioribus organis in ſuſo, cū cibi fuit multitudo, uelut humoris cuiuspiam putrefactis, uelut in ſibricitantibus, euaporatione, aut cum ſpiruſum alioqui corpus eſt. Sepe

Prōptuſtriū
phantasticū
proprieſom
nia ædit.
Somnijs defini
tio.

Contrario
modo ſomni
antes, & ui
giliantes ſen
tiunt.
Albertus:

Cur ſomnijs
decipiāmure.
Nota.

Phantasticā
ſomniante
uehementius
mouet, q; ui
gilantem.

Nerui ſenſio
um reuera
in ſomniante
afficiuntur.
Argumentū

Veræ affe
ctionis ſom
nij exemplia

De bis q; dor
mientes ob
ambulant.

Albertus
Qui ſomni
tes loquunt
tur.

etiam loquimur somniantes, & sunt qui interrogati respondeant, pari causa, calore extraneo organum adaperientur: cum constet nec spiritum, nec naturalem calorem, nec planè virtutem somni tempore in extimis organis excubare, ac proprie ueram hanc & consuetam naturæ apprehensionem nullo modo esse, illis reuera quotquot sunt dormientibus, edocente id ante alia, quod nonnunquam grauissime cadunt, morte accita, quod uigilantibus non obtingeret. Nec unquam nosse possunt quid egerint cundo loquendoue, qui hoc delirio capiuntur, nisi à cohabitatis certiores facti, etiam si somnijs, cuius occasione excitati fuere, interdum memoriam habent. Quod ipsum, sopia-
tos esse sensus, nec quicquam forinsecus interim apprehendi posse, probat manifesto argumento. Memoria teneo, materni aut nostri fratrem, coelibem, qui hac affectione mirifice urgebatur nocte quadam somnio excitum narrasse nobis, linteramen cum stragulo & ceruicali in dolium abdito domus loco situm, aqua plenum detulisse, immersisseque dormientem, ac rediisse: mane expergefactum, cum nudus iaceret, clamare cœpisse, atque inquirere de stragulo: quod serui querere iussi, uix tandem imo in dolio mersum cum linteramine & ceruicali inuenierunt. Hoc modo dormientis deprenso delirio, ex quo tempore, quoties cubitum iret, occludi se iubebat, ne quid nocturna inambulatione committeret insolentius. Multa id genus exempla sunt, quorum fide constet affici intus sensuum neruos, & motuam cieri alte interea dormientibus, qui sic inambulant. Quos uulgas nostram pulcherrimo instituto primum ut prehendat, curat, nec ante quenquam suo compellat nomine, quod ea uox familiarissima auribus facile somniantes excitat, efficiens ut repente expergefacti, aut cadant precipitibus de locis, in quæ plerūq; simiarum more considunt, aut arte grauius terreatur, dum repente, ubi sint, aut quid agant, ambigunt. Doctissime aut his de rebus locatus Albertus in hec demum uerba infit: Ex hoc igitur relinquitur, quod nerui sensibiles in concavitatibus suis spiritum sensibilem habentes, directum ad cor per collimitationem, quam habet cum ipso, in loco ubi conueniunt ad organa sensus communis informantur, sensibilibus formis prouenientibus à thesauro imaginationis in uapore spirituali, quem principium caloris eleuat. Faile autem & confessim sensuum organa intrinsecus à speciminiis illis affici posse, eo ipso Albertus probat, quod illæ in uno subiecto sint, & organis non distantibus admodum utantur, continuusq; sit neruus interiorum formarum, quo ad exteriora illa organa retro effluunt, per quæ omnia pronior inter ea affectio sit, quæ Grecis συμπαθία dicitur, propter continuationem connexionemq; naturæ. Idem Albertus, dignus per Iouem lapidem, quem in arcanis naturæ prodendis placitis non imitemur tantum, sed admiremur etiam, libro de sensu, & eo quod sentitur secundo, rationibus ab experientia ductis ostendit affectiones de foris ingressas tenuia quedam uestigia nature sue in organis relinquere: idq; non hoc solum tempore, quo res à quibus specimena sensibilia desumuntur coram positæ sunt, sed tunc quoq; cù nihil talium forinsecus afficit. Quod si est, ut esse ille demonstrat, uidere est uel mediocriter attento, quām facile organicos neruos retrouersus formarū fluxus ciere atq; afficere queat. Nūc illud explicandū: Sōnia, hoc est phantasmatum motus, quemadmodum reliqua animæ actiones, non semper nec in quibuslibet, nec pari teneore euenire posse: pacatum enim esse oportet spiritum, qui formas deuehit, in agitato enim uehementius, uel in crapaula, & fatigatione, ob uaporum densitatem somnum fieri nequit: teste ante alios Aristotele, qui ab evaporatione uehementi calore suscitata, nimium specierum motum fieri ait, quo durante somniū fieri nequeat. In quibus enim, inquit, multæ motiones cidentur, difficile his apparere dormientibus phantasma potest. Huius rei similitudo quedam in undis est, quæ dum placide fluunt, effigiem despicientis faciei paulò reddunt exactius, & planè quicquid obtemperis, politic sua representant: quod si agitatio inquietu uorticibus esse pergit, aut nihil reddit, aut certe que reddit, diuulsa tortuosaque exhibet. In humido enim uehementer moto, ait Albertus, icon apparere nequit. Pari per omnia modo in somnio euenit: cuius euidentis apparitio manet, si placide in spiritu motum phantasma fuerit: sin tremulus & crispans motus est, corrumpuntur forme, suntq; tortuosa, & obscuræ repente diffluentes. Et hæc quidem causa est, cur in somnio repente interim diuersa, interim enormia etiam cernere soleamus, rursum cito obliuisci apparentium, nec nisi distractorum meminiisse: quod & ebris ex frequenti motione uaporum obtingit. Ipse senem noui, mire alioqui loquacem, & salibus plenum, qui frequentibus in coniuicis uarijs de rebus commentari assolitus, nullam hystoriam, si quam cœpisset, ad finem perducere sermone poterat, alijs si inde que continuo tamen spiritu referebat incidentibus: ubi plus satis potasset, nec nisi priorum monitus, illuc unde digressus erat, reuerti narratione potuit, mire quām ridiculo sepe centone recitato. Quod ideo fit, quod ne memoria quidem, quæ abstractius tamen, ut sic dicam, mouet, formas typosque cogitationum præ uehementi spiritus motione satis edere potest, repressis continue, nūmque agitatis quæ proditare erant. Sed Alberti uerba dignissima lecta hoc loco citare libet, quæ libro de uigil. & som. secundo in hunc ferè modum habent. Oportet autem nos opinari hunc fluxum fieri, si sunt modicæ uertigines (uorticis intelligit) quæ feruntur in flumine: in stante enim aqua circuli fluunt, sed in flumine cito fluente res injecte faciunt uertiginem, sed cito frangitur propter fluxum aquæ: & eodem modo arbitrari nos oportet, unumquaque motumphantasmatis fieri continue in somnio, sepe enim uehementur imaginatio, uecta in sua propria similitudine ad principium sensus, et sepe corrumpitur in alias figuræ propter fluxum humidispiritualiter euaporantis, quod defert formasphantasmaticas. corrupto enim subiecto, necesse est corrumpi figuraionem forme, quæ in ipso est. Hæc autem corruptio fit propter repercussionem uaporis ad concavum capitis, ex quo reflectitur necessaria in seipsum, & non tenet figuram in qua ascendit. Hæc enim est causa, quod statim post multum nutrimentum, & præcipue si calidum sit, & multum uaporatum, non fiunt somnia: eò quod multus motus uaporationis fortiter repercutitur ad craneum, & in seipso refractus non tenet imagines. Eadem etiam causa multum teneram, humidam, & mollem

Exemplum.

In somno qui ambulat, non nominandi.

Albertus.

Sensuum organa intus & cile afficiuntur.

Alberti laus

Somnia multis causis uariant.

Qui difficiuntur somnient.

Similitudo.

Cur somnia repete quād & doq; uariet.

Exemplum.

Albertus.

Quin somnient.

mollem habentibus complexionem, ut pueris calidis, & humidis multum existentibus, non fiunt, aut raro & confusa fiunt somnia: quia humiditas eorum vaporat multum à calido, quæ sæpe repercussa nullam omnino tenet imaginem: multus enim & profundus somnus est, propter multam caliditatem, quæ est ex nutrimento: & ideo quemadmodum fit in humido, quod uehemeter mouet quis, ita in hoc somnio est. Hucusq; Albertus: cuius præterita quidē uerba sunt sui scilicet temporis, at præsens in eis ueritas est, cuius gratia hunc locum citauimus. Existimat autem Albertus moueri formas tali propè impulsu, quali uortices uidemus in leuiter motis undis, cum tanquam ex puncto concussionis orbis se se impellentes excunt, de quibus alibi. iam ebriorum & sobriorum affectionibus constare potest, qualis illa motionum internarum uis atq; diuersitas existat: certo enim obtutu rem quanquam intueri sobrius potest, ebrius non potest: & experimur ebrijs, quicquid uidetur, tremere, gyrrariue, aut certe nutare uideri, non alia magis causa uacillante horum ingressu. Quibusq; enim internæ uirtutes graui aliqua, & molesta affectione tenentur, illis tardum fluxumq; gradum esse, fatuorum nutabundus docet incessus. Manifestis autem causis somnia uariari, & formarum alias atq; alios cieri motus, etate, complexione, affectu, studio, & diurnorum operum consuetudine, ante indicauimus. Repletis uero crapula raro in somni principio in somnia fiunt propter fumos, quorum identidem meminimus: leuitas pastis & abstinentia assuctis citius apparent: grauiter fatigatis raro propter profundum uirtutum se se instaurantium abscessum. Ebrijs ferè nunquam in initijs propter animæ violentam ab immodicis uaporibus perturbationem. Pacati igitur somni (ut fideliter & summatim hanc somniorum difficultatem explicemus) hic modus est: Cum dormire incipimus, calore ad interiora cum spiritu reuerso aut repulso, uaporibus crapula exatis, fumi per principia spiriorum eleuantur: quibus sedatis digestisq; in liquido spiritu lucere imagines incipiunt. Harum pars, quæ à uisu in formalem delata est, ut uidere nobis uideamus, efficit: pars conuentum, clamorem, sonum, ab auditu indito reddit: eodem modo aliorum sensuum specimina, alias pariunt in nobis quieti deditis affectiones. In purgato autem, & sua naturæ relicto spiritu, motus simulacrorum, teste Alberto, ad sensum abit communem, ubi se contingunt singularum sensuum nerui, mox afficit, & irrorat re ipsa. Alio à latere, legata uirtute iudicante, insignis error, qui totum fabulæ Drama constituit, oboritur, absentes res per specimina tanquam uerè præsentes agnoscens: Ibi colloquium, risus, cantus, iurgia, spes, desperatio, timor, audacia, diuitiae, paupertas, amor, odium, sitis, famæ, pascitura, uenatio, aucipium, pax, bellum, peregrinatio, agricultura, cursus, metus, gaudium, fuga, insectatio, cursus, & uolatus etiam: ut ne dicam, quod & cadere nobis uidemur, morte quadam iacentibus nobis irrepente, non raro capite plenti, & insontes cum simus, poenas damus somnio. Adeò non solum diurnorum studiorum imaginibus, sed rerum, raro etiam cogitarum typis hæc locupletissima scena conferta est: qua non alia maiori aut copia, aut uarietate species etatorem detinere queat. Nos interim nihil re ipsa cernimus, nihil agimus, nihil horum sumus, & esse tamen (ò miram rerum naturam) uidemur: nec nisi ex parte factis error innotescit. Porro monstrosa, tortuosa, quod cernimus, ideo fieri Albertus existimat, quod simulacrorum organa pulsantium duplex genus est: alterum eorum quæ à sensibus ante accepta ad neruorum principia refluent, alterum illorum, quæ tametsi ab organis allata non sine, phantasticæ tamen uirtutis potentia, quæ illiusmodi uigilantibus quoq; obtendere solet, coadunata prodeunt: ueluti si bouem uideam semihominem, quas mirabiles somniorum species plerunq; aut pictorum suggestit licentia, aut Poëtarum gignunt fabulæ: laborant uero hac affectione, ut Aucenna & Albertus docent, atra bili oppressi, aut febricitantes ob putrescentem humorem malignæ naturæ. Ideo Horatius in Poëtica, uelut ægri somnia, dixit: quod ea uanas species dormientibus ciere potissime soleant. Sed hæc imaginum ratio in solo homine uariat propter phantasticæ cum nobilibus uirtutibus rationalis partis connexionem, in alijs animantibus non adeò: in quibus tamen forme paulò ante à sensibus acceptæ, dum in quodam actu sunt, facillime mouent: unde fit, ut diurnorum studiorum reliquæ, de quibus uigilantes aut cogitamus, aut egimus, in somno ferè nobis appareant. Sunt & formæ potestate, ut Albertus ait, quæ ex figura uaporis secundum aliam aliamq; perturbationem, qua somnians afficitur, eliciuntur. Secundum quod genus & illa somnia sunt, quæ rerum longe præteritarum formas produnt, quarum diu non meminerimus: quæ ita tamen (mirum) dicto audientes sunt, etiam in uigilantibus, ut simul atque uelut in sucurrit, modo longa eas obliuio non eluerit. Porro quo ordine forme somniantum in spiritu uehantur, quæ actu mouent, quæ potestate, & qualem esse speciminū fluxū intelligere debeamus, Albertus magnus docet secundo capite tractatus secundum libri de som. & uigil. secundi, ad quem locum lectorem, ne omnia inculcare cogar, relego. Ac de insomnijs quidem proprio dictis hactenus. Quibus uicina sunt solius hominis, altiorum uirtutum agitatione prodita, in quibus uerarum rerum intelligentia plerunq; inest: Solet enim & memorie promptuarium recludi somno, & abstractissimarum cognitionum formis, siue magis speciebus ciere somnia, quæ uera tamen somnia non sint: præsertim si, quod non raro accidit, somniare nos intelligamus: cum plerunq; cernimus quæ ne di urna quidem contemplatione satis consequi possumus. Horum diuersa ratio ab illis cum sit, diuersis etiam modis prouenire intelligamus. Afficti enim & perturbati, proprio illi somniorum generi frequentissime obnoxij sunt, nec ferè aliud cum brutis cernunt, modo crapula non tota sepulantur. Sensus enim, eiusq; uoluptas, ut Porphyrius Platonicus tradit, si inualeat, animū profundius in corpus immergit. Quietia autem & per purgati animi, temperantes, & à rerum humanarum studio se se eximentes, ac diuina tantum sectati, excellentius hoc somnij genus obeunt. Nam ubi humorum est quies, neq; bilis in nobis, nec atra bilis, non pituita, non sanguis exuperet aut degrauet: neq; rursus aut crapula, aut uino deprimatur, nec cibo potuue egeat natura, aut postremo nulla perturbatione prematur animus, nulla re angatur, nulla læticia exultet,

Pueri infantes
non somniant

Diversarum
motionum ex
empla.

Nota.
Quæ causæ so-
mniū uariet.

Somnium quā
do & quomo-
do fiat.

Virtus indi-
cans in sōnijs
ligatur.
Somniorum
personæ.

Cur horreda
non nunquā so-
mnia.

Horatius.

Formæ rerū
multiplices.

Somnia affec-
torū, et pur-
gati animi di-
uersa.
Quibus sōnia
diuinitora ob-
tingant.

nihil timeat, nihil concupiscat: tunc mens nostra, quæ diuina est, & ab omni contagione corporis soluta, ac per somnium libere in suam naturam reuersa, potest ob diuinitatem suam futura præuidere, uelut scribit Iamblichus, sëpe à Diis monita, & ignotarum rerum hoc modo scientia prædita. Ita Pythagoras & Plato locupletissimi authores traxerunt, à quibus dissentient Marcus Cicero non tam orator grauius, quam philosophus insignis, nullam uim esse diuinam effectiæ somniorum libro de Diuinatione secundo, constanter assuerat. Diuus quoq; Hieronymus Christianus Ciæro in Epistola ad Pamachium & Marcellam, contra Rufini intentionem, somniorum phantasmatis fidem non adhibendam esse ait: nec nisi somnium fuisse contendit, quo coram Christi tribunali, quod Ciæronis studiosus esset, ab angelo flagellatum se se dormienti apparuit. Quod hodie ab ideotis obijcitur literarum studiosis, tanquam re ipsa euenerit, quod fantastica pepererat affectio, ipso Hieronymo manifeste reclamante. Insom-

M. Cicero.
Hieronymus

Insonis non
credendum.

Somnia que
dam diuina
sunt.

Iacobi uisio.
Josephi moni
tio.

Pharao.
Uxor Pilati

Qui nunquā
sommariant.

Nunquā so
niare, raram
est.

Infantes non
sommari uere

Aristoteles.
Plinius

Cur Atlan
tes non som
mari?

Albertus

Troglodytae

^a Troglodytæ nullarum opum domini, strident magis quam loquuntur, specus subeunt, alunturq; serpibus. Apud Garamantes etiam armenta sunt ea, quæ obliqua ceruice pascuntur, nam pronis directa in humum cornua officiunt: nulli certa uxor est: ex his qui tam confuso parentum coitu passim incerti nascuntur, quos pro suis colant, formæ similitudi-

nijs ærte, uel Macrobius neglectis, non credendum scriptura monet: ut Deuteronomij: Non audies uerba somniatoris. Somnia fallacia ludunt temeraria nocte, Tibullo. & Maro: Sed falsa, inquit, ad superos mittunt insomnia manes. Rursum somnia quedam diuina esse, nec unquam temere mota, probat in scriptura Iacobi uisio, Genesis uigesimo octauo, & monitus Iosepho dormienti, ut in Aegyptum abiret, ab angelo facta, teste Mattheo secundo cap. Nec uana fuerunt Pharaonis, & uxoris Pilati somnia, ut fatendum sit contra Ciæronem, à Deo aliquid in somno significari. Nec temere fós doctrinarū Homerus Iliados primo: Sônia ab Ioue demissa scribit, apud quē Eustachius Διπέμπτος propterea dicta esse tradit, quod à Ioue mittantur. Pomponius autem de Atlantibus: neq; inquit, illis in quiete qualis ceteris mortalibus uisere datur. Quod ego ad quodvis somniorum genus referendum existimo: si enim leuicula illa, & fallacia propter uaporis densitatem non habent, qui cætera, quæ defecationa omnia requirunt, cernere possint. Mirum autem id eueniare carne non uescientibus. Plutarchus quoque in libro de oraculis, quæ defecarunt, scribit Cleonem quendam ex Daulia solitum prædicare, multos quibus uixerat annos nulla unquam insomnia uidisse, quod & Thrasimedi cuidam acceditse ait. Albertus libro de somno & uigilia secundo, raro inueniri ait, qui non somnient, inq; ea affectione adusque uitæ finem persent. Quod si qui sine, simile eis obtinere ait, quod illis solet, qui statim à cibo sumpto dormientes somnia non uident. Quomodo infantibus accidit, in quibus nuper in lucem editis nullum penitus somnium contrahit, sed pluribus anno circaiter quarto aut quinto ætatis uisum inapere, Aristoteles penultimo capite libri de natura animalium quarti tradit. Plinius autem ultimo capite libri decimi, statim somniare infantes ait.

^b Quod quidem ad imperfectam quandam somni rationem referendum, quo modo Aristoteles quoq; capite de aīo sepani de natura animalium, infantes somniare ait. Quem locum libro decimoquarto antiquarum lectionum annotavit Cœlius. Iam ut in reddenda causa cur Atlantes non somnient, finem faciam, Alberti uerba pro coronide subscribam, quæ loco paulò ante citato ferè sic habent: Quibusunque talis natura & complexio perseverat, à qua multis spissa & permixta evaporatione continue dum dormitur, ascendens, in superiorē capitatis locum eleuatur: quæ in se reflexa spissam multitudinem motus faciat, in loco præserium ubi uigiliarum principium est: isti profundo & graui somno oppressi, nunquam uident aliquod somnum. ^c Troglodytæ Græcis ἔωγλη foramen siue specus nominatur, hinc illis nomen. Plinius: Troglodytæ specus excavant, hæ illis domus, uictus serpentum carnes, stridorg; non uox, adeo sermonis commercio carent. ^d Armenta quibus è fronte in nares adeo panda sunt cornua, ut non nisi flexa ceruice, & obliquo capite pasci queant: ideo præpostere pasca ea Herodotus libro quarto scribit. Græcis Ophishonomi, id est, retro pascentes boues dicuntur: ὄπιδη retro dicitur, ρούός pasca, inde deducto nomine.

^e Pronis recta fronte petentibus. ^f Uxor. ideo matrimonium exortes Plinius nominat. Meminit & lib. sexto Martia. ^g Formæ similitudine. Bello quidem indicio, uerum persepe fallaci. Quanquam pater problem suum esse, nulla re magis quam similitudine agnoscit: mater quia peperit, dubitare non potest. Porro quod auis pleurans, maternis paternisue adsimiles gignimur, interim dissimiles parentibus: nonnunquam masculi mulierum, puellæ marium, facies gerunt, similitudine indita: quin & os, nasusq; patris cum sint, oculi matris esse pergunto, nec adeo translatititia similitudo est, ut hoc Maronis subinde locum habeat: Sic oculos, sic ille manus, sic ora gerebat, fallacem hanc coniecturam constat: nam & fortuita est similitudo, uelut puerorum à Torannio M. Antonio uenitorum pro geminis, quorum alter in Asia, alter trans alpes natus esset. Et occultam genitalis seminis uim astrorum uirtute coerere, mutariq; posse Galenus fatetur. Sunt uero qui multum referre existimant, quas facies, qualesq; dum gignunt parentes imaginentur. Aristoteles certe libro de generatione animalium quarto, ad semen genitale respicit: in quo similitudinis latere causas, ipse quoque Galenus in libro qui de duodecim portis inscribitur, confirmat. Solinus. 39. capite paterni nominis nullam apud Garamantes reuerentiam esse ait, quod patrem nemo cognoscat. Scribit Plinius libro septimo, In Africa Psyllorum fuisse gentem, quibus uirus exitiale serpentibus ingenitum fuerit, ex cuius odore eas sopirent. Mos illis fuit, liberos genitos protinus obijcere scuissimus carum: hoc modo coniugum pudicitiam cognosentes

gnoscentes, si fugerint, adulterio uero conaptam prolem, si manserint serpentes. Meminit & Herodotus lib. quar Psylli
v. Silius de Atyro psyllo libro primo: Nec non serpentes diro exarmare ueneno Doctus Atyr, tacituq; graues sopire
Chelydros, Ac dubiam admota sobolem explorare Ceraste. Idem hoc ingenium & Marmaridis tribuit libro tertio:
Marmoride medicum uulcus strepere cateruae: Ad quorum cantus serpens oblita ueneni: Ad quorum cantus mites
iacuere Ceraste. In eandem sententiam de Psyllis Lucanus libro nono scripsit. Gellius in. 17. Crinitus libro primo,

& capite. 13. Solinus. a Manes.

Augile inquit Plinius tantum inferos co= lunt: per manes autem animas corporibus egressas, aut in fernos deos intelligimus: hoc enim significat uocabulum, authore Seruio, quanquam in idem incident.

b Deierant, tanquam numen horum mendacio uiolare fas non sit. Nos quoq;

cum iuramus serio, cum Deum testamur,

qui ueri maxime cōscius sit, falsi uero uit

dex esse posse, c Tumulis incubue

re. Est & hodie multorum ridenda super

statio, credentium furti authorem cognos

sci posse, si is cui ablata res est, cubaturus

mortuorum ossa puluino subdiderit, sōno

id accepturus uidelicet. Vetus inter diu

nationis species somnium fecerunt, autho

re Cicerone: et Dicearchus Peripateticus,

cum reliqua diuinationis genera sustul

Varij gentiū
circa fœminas
mores.

Ḡaphantes
Martianus, et
Solinus ingra

Corollarium

Solino cū Pli
nio non cons
uenit
Multæ in Li
bya serpentes

Nota
hyeme

ne agnoscunt. Augilæ^a manes tantum deos putant, per eos^b deierant, eos ut oracula consulunt, precatiq; quæ uolunt, ubi^c tumulis incubuere, pro responsis fe runt somnia.^d Fœminis eorum solenne est nocte, qua nubunt, omnium stupro patere, qui cum munere ad uenerint: & tum cum plurimis concubuisse maximū decus, in reliquum pudicitia insignis est. Nudi sunt^e Gamphasantes, armorumq; omnium ignari, nec uitare sciunt tela, nec iacere: ideoq; obuios fugiunt: neq; aliorum quam quibus idem ingenij est, aut congressus, aut colloquia patiuntur. Blemmyis capita absūt, uultus i pectore est. Satyris præter effigiem nihil humani.^f Aegipanum quæ celebratur, ea forma est.

Hæc de Africa.

set, somnio & furori reliquit locum, ut idem Cicerone libro de diuinatio. primo retulit. d Fœminis eorum. Au= gile (inquit Solinus) fœminas suas primis noctibus nuptiarum adulterijs cogunt parere, mox ad perpetuam pudicitia legibus stringunt seuerissimis. Herodotus in fine quarti, eos in propatulo coire Massagetarum more ait. Ex quo Po= ponius omnia hec de Augilis in sua translulit. Idem author Adrimachidas Pœnorum gentem id moris habuisse indica= cut, ut nupturis virginibus regi suo adductis, copiam fecerint ei deuirginandi quam uellet. Non me præterit, e in Si= a Numidæ oppido templum fuisse Veneri sacrum, in quo matronas prostituuto corpore dotem querere patria cōsue= tudo fuerit, quod ipsum lib. 15. Cœlius adnotauit, qui. & capite libri decimi: Lydias, ait, mulieres prius quam coniu= gia intrent, corpus in uulgu dare consueisse: iunctas uiris si deliquissent, nullam prorsus ueniae spem habuisse. Nec uero uitio dari mihi uelim, quod uel recentissimos scriptores ato, cum ea etiam quæ uiderim, quæq; audierim, ubi locus postulabit, his nostris hypōnematibus sim inserturus: neq; illa mihi, quæ paucorum est, facultas datur, ut in tan= ta festinatione, pleraq; omnia digna satu è fontibus magis, quām limpidis riuis doctrinarum adferam: sed ad rem. Scribit iusti. lib. 18. Morem fuisse Cyprijs, uirgines ante nuptias statutis diebus dotalem peauiam questuras in que= sum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Et hodie Indicæ uirgines ante connu= bium prostituuntur: nuptæ uero prima nocte cum sacerdotibus iacent, quibus cum regum absentium uxoribus cubita= re, celebre officium est, uenali pudicitia: adnotauit hoc ex cardinalis Vlyphonensis relatione libro duodecimo Raphaël. Strabo ultimo libro: loui à Thebanis sacerdotibus virginem genere clarissimam sacrari, quæ pellicis more cum qui= buslibet coit, mox uiro datur. e Gamphasantes. Pli. Gamphasantes nudi, præliorum expertes, nulli externo cō= gregantur. Idem ex Plin. Solinus, & Martianus mutuati sunt, ut propè alia omnia, magna in gratitudine metionis suppressæ, à quo fœnerarentur, ut Hermolaus ait. De Blēmyis, & Satyris idem eadem quæ Pomp. & nos amplius libro tertio.

f Nihil humani. Ideo supra, terras eos magis habere, quām habitare dixit: habent enim & fere, habitant, qui cultiorem reddunt. g Aegipanum. quibus caprini sunt pedes, & extantia cornua. Plinius quo= que Aegipanis inquit, qualis uulgo pingitur, forma est. ILLVD Coronidis loco adiecerim. Herodo. & lib. 8. Plinium asserere, nullum in Africa ceruum gigni: quod naturam prouidisse existimarim ob tantam serpentum mul= titudinem, quas hoc animal mire odit. Quod autem primo Aenei. Maro dixit: Tris littore ceruos Prospicit. & c. mo= re Poëticō fictum ait Seruius. Apri quoque in Africa non sunt. De ursis Numidicis mirum, quod Solino cum Pli. non= conuenit, quod libro. 13. Crinitus adnotauit. Miratur Plin. annales retulisse, Domit. Aenobarbum c. ursos Numidicos in Circu dedisse, cum in Africa ursos non gigni constet. capite trigesimo sexto libri octaui Solinus, Numidicos ursos forma ceteris præstare ait, multa de ursorum ingenio prosequutus. Porro tanta in Lybia serpentum multitu= do est, ut araturi præaltis ocreis induitis, haud alio modo morsus uitare possint, authore Strabone. Plin. & Herodo. authores sunt, supra Nasamomas, & Macas gentem esse, quæ salis frustis è montibus excisis domos ut lapidibus ex= truant: quæ res inditio est illic imbræ non esse: nam si plueret (Herodo. inquit) illic non possent manere parietes fa= lis. Ipse Vienne Austriae uidi ex panninis salis fodinis adiecta frusta quadrata adeò magna firmaq; ut quibus= uis ædibus struendis idonea uidentur. Sunt authores receptissimi, qui plerasq; è feris Libycis, estate non bibere,

hyeme uero potu saturari scribunt: natura & hoc ipsum insigniter prouidet, quod in estate maximi Africæ tractus aqua carent, in hyeme non carent: quod munus & Chamelis elargita est, quadriduo situm tuerantibus: Nam si audiuerint, perire eos, dum pergrandia, & arenosa deserta operam nauant dorsuarium, necesse foret.

AEgyptVS.

A Egyptus cui ab Aegypto Beli filio nomen est, agri magnitudine, nec Libye planè, nec Syrie, quam utrinque a uicinam habet, respondet: At copia rerum, & terra fertilitate longe utriusque præstat: adeò enim est intra annos gustos limites ferax, ut in adagium abiexit: Sulcus Aegypti Libye arenas non curat, quod in omnem locum fertilem, modo non uastus sit, qui uastioribus incultis, & desertis lôge anteponendus est, usu afferimus. In Aegypto legumina tertio die nasci Plin. libro. 13. scriptum reliquit, nec uspiâ alibi atius maturè fruges, & esse totum tractum herbis nobilem: preterea omni mense sationem fieri, idem auctor alicubi refert. Nec natus in ea Nili beneficio fœcunde formine sunt, septenos gignunt, tradente illud ex Trogi auctoritate libro septimo Plinio. Idem Aristotelem citans Strabo lib. 15. scribit. Illud constat à ueteribus publicum orbis horreum Aegyptium nominatum, eiusq; incolas, quòd auctos mortales p. scere, ipsosq; deos hospitio expere posse, gloriatos fuisse. Vrbium autem insignium numerum, & magnitudinem, tum & gentis & regum uetus statim nemus satis pro merito retulerit. Addo insignem sapientiam, artium uariarum initia, quas Aegyptijs propè omnes qui ueterum res libris demandarunt, attribuunt: proinde in hæc uerba ex Diony. Rufus Auienus: Nec procul illa uirum gens incolit, artibus olim, Quæ prior humanas leges, & iura notauit. Vomere que duro, que longi pondere aratri sollicitauit humum, que sectis edere sulcis Tellurem docuit, cedensq; à partibus æthram: Prodidit obliquo Solem de currere cælo. Nam Aegyptia Ceres prima, arandi secundandiq; rationem reperit, siue (ut Tibullus, & alii multi) Osiris: & Mercurius ille maximus Aegyptiorum philosophus, primus apud eos uarios astrorum auras obseruasse dicitur, ut Stacius Diодорus libro Bibliothecæ primo, & secundo adnotauit. Quin & immortalem esse animam, & de corpore in corporis migrare primi asseruerunt, unde Pythagorica illa palingenesia manauit: hunc enim quemadmodum Platonem, Homerum, Solonem, Democritum, Museum, Apollonium, Tyaneum, aliosq; ex uetus statibus philosophis, artium gratia capessendarum, ad Aegyptios perrexisse notum est. HANC igitur fertilissimam regionem Pomp. more suo ita describit, ut præter illustria dignaq; lectu satuq; loca nihil reliquorum adjiciat, paucula quædam de gentium moribus prosecutus. Plurima de Aegypto Strabo scripsit libro ultimo. Diodorus libro primo, & secundo. Plinius nono capite quinti libri. Extitit & Appionis eius, qui Polyhistor cognominatus est, opus non inælebre, quo res Aegypti insignes posteris reliquit, uelut lib. quinto noctium suarum Gellius scribit. Nos ex optimis quibusq; rationationem facturi, id solum conabimur, ut Pomponij lectio cupide iuuentuti clara fiat, & simul compendio locorum sine labore fidus lector instituiatur.

Pars prima Aegypti, ea salicet que trans Nilum in orum sita est: nam que atra Nilum Libyam uersus iacet, ad Africam attinet: si modo Africæ terminus Nilus est, sciungitur autem à Cyrenaica Catabathmo. Hinc Strabo libro ultimo: sursum in Nilo nauigantes dextram ripam Libye tribuere, sinistram Arabia esse ait: eandem partitionem, et Herod. fecit libro secundo: de Delta uero que extimus Nili aliueis ab Asia, & Africa sciungitur inferius referemus. Herodoti uerba alicubi hec sunt, ut Valla translatis: Porro Nilus ubi inflatus est, non modo Delta inundat, uerum etiam plagam que dicitur Africana esse, uel Arabica, idq; utroq; uersus duorum dierum iteruere, & amplius uel minus &c.

Ad Arabas, qui citra sinum Arabia, Aegyptijs proximi littus habitant, de quibus libro tertio Pomponius, ab ortu igitur Arabas Nilus, ab occasu Libyes habet, intermedia Aegypto. Hinc Lucanus. 10. lib. de Nili deuersu: Cursus in occasum flexus torquetur & ortum, Nunc Arabum populis, Libycis nunc equus arenis.

b Dorso. Plinius quoque Aegyptus inquit, introrsus ad meridiem recedens, donec a tergo praeditantur Aethiopes. Horum tractus supra Syenem, & Cataractas initium habet. Hinc surgentia montana secundum utranq; Nili oram in Aegyptium pelagus declinant, inter quæ proprie Aegyptia terra est: quantum illa distat, iam tempus irrigare Nilus afolet. De communibus uero Aegypti terminis sic Strabo libro ultimo: Antiqui id solum Aegyptum uocauere, quod habitatur, & a Nilo irrigatur, a locis Syene proximis usq; ad mare: posteriores uero ad hoc usq; tempus omnes ferè orientales partes adsumpserunt, que inter Arabicum sinum sunt, & Nilum. Ab occidente uero loca usq; ad Abases, in ora maritima, ab ostio Canopico usq; ad cum locum, qui Catabathmus dicitur. Hec Sirabo. Iosephus lib. belli Iudaici quinto, capite uero. 11. per pulchre indicat, & quarto libro Aegesippus Aegyptum undique parum montibus, parum desertis, & importuoso littore munitissimam esse docet, ut si mirum toties eam inuisam, & tanta pressam seruitute.

c Expers imbrum. Hoc ad astatem referas, ubi tota pluviarum materia a radiorum Solis propè ad perpendicularium assurgentium ui consumitur: alias pluere in Aegypto indubitatum est. Lucea libro nono: Cyrenis etiam nunc bruma rigebat: quod si Cyrenis bruma est, quis Aegyptijs non esse dixerit? que quidem minorem declinationem habentibus pluviosa est, ut nobis longius amoris uiuosa. Seneca in ea parte, inquit,

In Aegypto pluiae.

Adagium

Aegypti termini

In Aegypto pluiae.

PARTICULARIS ASIAE DESCRIPTIO.

AEgyptVS.

qua in Aethiopiam uergit, aut nulli imbræ sunt, aut rari, & qui insuetam aquæ cœlestibus terram non adiuuent: qui alibi ait, Alexandrie niues non cadere, tanquam pluuias illic cadere non neget. Capitolinus: In Gordianis fuit preterea ingens, quæ raro in Africa est, tempestas: quæ Gordiani exercitum ante prælium ita dissipauit, ut minus idonei milites prælio forent. &c. Sed de irrigua Nilo Aegypto. Aegesippus lib. de Hierosolymarum excidio secundo sic: Attexamus Aegyptum abundantem opibus suis, nec indigentem pluuiæ cœlestis, quæ sibi ipsi imbræ generat, &

Aegesippus.

& hominum aliorumq; animalium perfœcunda ge-
neratrix, ^b Nilus efficit, amnum in nostrum mare
pœatiū maximus. Hic ^d ex desertis Africæ missus,

pluuiarum ubertates creat: denique cū sit feruentior omnibus regionibus, sola non queritur de scitatem, & quod nulli alij loco suppetit, alit irriguo suas messes, nauigatur in arenis, nauigatur per sata, ubi pluuiæ nesciatur. In eandem sententiam idē libro quarto. ^a Hominum. Agrip-

pæ apud Iosephum libro belli Iudaici secundo: Aegyptum quæ ad Aethiopes usq; pertingit, opulentamq; Arabiam, quam Indis conterminam facit, septingentes & quinquagies centena millia incolarum habuisse, extra Alexandri-
num populum, indicat. ^b Nilus efficit in quo unicam spem suam Aegyptus habet, ut ait Seneca: nam sterili aut fertilis annus est, prout ille magnus influxit: aut parcior. Inde est, ut nemo aratorum in Aegypto cœlum suspiciat, quod ex Seneca de promptum, eleganter Claudianus huiusmodi uerbis reddidit: Felix qui Pharias prosandit uo-
mire terras, Nubila non sperat tenebris condentia cœlum, Nec grauiter flantes pluiali frigore Coros inuocat, aut arcum variata luæ rubentem. Aegyptus sine nube ferax, imbræq; serenos Sola tenet, secura poli, non indigæ uenti, Gaudet aquæ, quas ipsa uebit, Niloq; redundat. Vbi per serenos imbræ fœcundā Nili irrigationē, quæ sereno etiā cœlo fit, intellexit. Plinius quoq; in Panegyri ad Traianum: Aegyptus, inquit, alendis augendisq; seminibus ita gloria-
ti est, ut nihil imbræ cœloq; deberet: siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita pin-
guescere, quæ quas ipse aduexerat. &c. Tibul. lib. primo ad Nilū: Te propter nullos tellus tua postulat imbræs, Arida nec pluuiæ supplicat herba Ioui. Quem uersum citauit Seneca libro nat. q. quarto, quanquam corruptis propè omni-
bus exemplaribus: sic enim legendum est: Nemo aratorum aspicit cœlum, quare cum poëta in eo iocor, & illi Ouid.
suum impingo, qui agit: Arida nec pluuiæ supplicat herba Ioui. Libet mihi, inquit, cum poëta iocari, louem pluuium
Aegyptiacis herbis contemptui esse prædicante, & illi Nilo Ouidium suum impingere. Ouidium autem suum dixit,
non quod is uersus Ouidij sit, sed magis quod à Tibullo egregie laudetur Nilus, ut multa peculiariter ab Ouidio com-
mendatur: aut reuera Ouidium pro Tibullo Seneca scripsit, eorum negligentia deceptus, quibus cum libros editurus
esset, in alienis operibus perlegendis confisus est: pleraq; autem illi aliter, quam res habuit, adnotarunt. ^c NILVS
autem dictus quasi vœc' iλv'd' α, hoc est nouum limum trahens, ut Seruus Georgi. quarto, & nono Aeneid. scribit: an-
tra Melonem dictum à Latinis asserens, alij à Nilo Cyclopis filio, qui rex Aegypti fuit, cum ante, ut Diod. ait, Ae-
gyptus nominatus esset, à multis Triton dictus, & in totum Homero Aegyptus, authore Plinio. Ob eximiam uerò
fertilitatem uere cum aureas arenas trahere dici posse, Athenæus scripsit Graecus author, Homerus cœlestem nomi-
nat, Parmenes autem Byzantius in signis Poëta Aegyptium louem dixit, quod aliae terræ loue pluuiæ irrigentur, Ae-
gyptus autem non nisi Nilo suo, ut belle dixerit Claudianus: Niloq; redundat. Et Palæmon ex Dionysio: Non alius tā
tum fluuiorum ditat arenas, Atq; trahens limum complectitur ubere campos. Et in consulatu Theodori Claudi: Lene
stuit Nilus, sed cunctis amnibus extat utilior. ^c Maximus. At quarto libro Herodotus: Ister, inquit, omnium
quos nouimus, fluuiorum maximus. Sed maiorem esse Danubio Nilum ex his intellexi quandoq; qui utrumq; am-
nem haud longe ab ostijs nauigarunt: quanquam & ille septem ostijs Euxinum illabitur, de quibus suo loco.

Nilus fœcundat.

Claudianus.

Tibullus.
Locus SenecæNilus unde di-
ctus.Variae de or-
tu Nili senten-
tiae

^d Ex desertis Africæ. Vnde crescere incipiat Nilus, si comprehendendi posset, causæ quoq; incrementi inuenire= tur, ait Seneca. Inde illa est tanta apud receptos autores de origine eius, deq; incremento diuersitas. De Nili capite maiores nihil prorsus constitutum habuerunt, animum in eo perquirendo desponentes. Vnde illud Lucani libro dea-
cimo: Arcanum natura caput non prodidit ulli, Nec licuit populis paruum te Nile uidere, Amouitq; sinus, & gentes maluit ortus Mirari, quam nosse tuos. &c. Et libro primo Tibullus: Nile pater, qua nam possum te dicere causa? Aut quibus in terris oculuisse caput? Conati quidem Macedones duæ Alexandro, & Aegyptij Sesostre eorum rege, qui totam Aethiopiam usq; ad Cinnamoni regionē peruagatus est, ut Strabo scribit: Cabyses quoq; qui usq; ad Meroëm progressus est: omnium uerò maxime Ptolemaeus cognomento Philadelphus, qui cum corpore esset imbecilli, noui semper aliquid perquisiuit, ut se oblectaret: antiquiores enim Aegypti reges minus eiusæ rerum studiosi fuerunt, quanquam tunc quoq; sapientiæ dediti. At postquam ea loca Romanorum armis petita fuerunt, certiora magis alla-
ta sunt, Græcis Latinisq; scriptoribus, quæ non uno tempore obseruarunt adnotantibus: tametsi Plinius scribit, fa-
ma tantum, inermi quæ situ, cognitum esse, sine bellis quæ cæteras omnes terras inuenere. ^e PTOLEMÆV S
Nilum è paludibus Australibus, undas è montibus, quos Lune nominant, suscipientibus, oriri existimauit: in quem su-
pra Meroëm, ab ortu duo grandes fluuij descendant, quorum alterum Astapum, Astaboram alterum adpellari scri-
bit libro quarto: Aristoteles quoq; in libro de Nilo (si modo Aristoteles est, ut equidem minime dubitarim) ex interio-
ri Aethiopia profluere amnem, eo ipso indicat, quod in rationis Anaxagoræ confutatione: Aethiopia, inquit, & Li-
bya inhabitabiles propter æstum, ex Asia autem non contingit ipsum fluere. Seneca lib. nat. q. 6. audisse se Centurio
nes

Ptolemaeus.
Aristoteles
Seneca.

Diodorus. nes duos, quos ad inuestigandum Nili caput Nero miserit, affirmat, qui se auxiliantibus Aethiopie regibus ad ultiora Aethiopie progressos, ad immensas paludes peruenisse dixerunt: quarum exitum ne incole quidem norint, nec spes ulla sit noscendi, quod impliatae sint aqua herbæ: unde fiat, ut nec pediti eluctabiles sint, nec nauigio, quod nisi paruum & unus hominis capax limosa palus non ferat. Inibi uidisse se duas petras affirmarunt, ex quibus in gens uis fluminis excidisset. Diod. lib. primo: Nilum à meridie ad septentrionem ferri ait, ortum ex fontibus in extre

Strabo. mis Aethiopie finibus, ad quæ loca propter aestus intemperiem nullus aditus sit.

Strabo. ult. lib: Nilus, inquit, ab ultimis Aethiopie finibus recta fluit ad septentrionem, usque ad eum locum qui Delta appellatur. Achoreus ille apud Lucanum medio consurgis ab axe, ait: uerum incerte esse ori-

Claudianus. gnis indicat. Hinc Clau. Qui rapido tractu medijs lapsus ab Austris, Flammiferæ patiens Zone, cancriq; calentis,

Iuba. Fluctibus ignotis nostrum percurrit in orbem, Secreto de fonte cadens, qui semper inani Quærendus ratione latet,

Locus Plini. nec contigit ulli Hoc uidisse caput: fertur sine teste creatus, Flumina profundens, alieni conscientia cœli. &c. atq; hec

Pomponius. quidem ex Lucano deponspit. I V B A Mauritanie rex, quem ob ingenij præstantiam paterno regno Augustus

Plinius. donauit: de Libycis rebus, ut comperire eas potuit, scriptum reliquit. Is Nilum oriri ad montem interioris Mauritanie haud procul ab Oceano afferuit, è lacu protinus stagnante, quem Nilidem vocant, argumentum habuit, quod Crocodili, & pleraq; piscium genera, quæ in Nilo peculiaria sunt, in eodē spectentur: quā obre Cæsareæ ortus eius cū his

Herodotus. que in Nili alueo spectantur, hocq; lacu educantur, in Isæo dicatus ab eo, spectatur hodie, inquit lib. 5. Plin. cuius uerba

Vitruvius. eo libetius atq; quod in plerisq; codicibus adeò perplexo ordine scripta sunt, ut uel Hermolaus difficultate pepererint.

Meroen. Eorū sensus est: Iubā regē tanquā industriae congratulantē sue, ac de Nili fonte reperto gloriantē, ortū Nili unā cū

Plinius. piscibus alijsq; in eius alueo uisis insigni pictura, Cæsareæ, que nota Mauritaniae urbs est, in Isæo tēplo dicasse, tem-

poribus Plini spectabile. Id enim hominū ingenii est, ut in rebus à se repertis multā gloriā statuant. POMPONIVS

tertio libro in horū finibus inquit (Aethiopes qui supra Mauritaniā habitat intelligēs) quē Nili esse aliqua credibile

est, Nuchul ab incolis dicitur, & uideri potest nō alio nomine appellari, sed à barbaro ore corruptius. Alit & fluuiū,

Herodotus. & minora quidē, eiusdē tamē generis animalia, gingnēs: alijs omnibus in Oceaniū uergentibus, solus in mediā regionē

ad orientē abit, & quonā exeat incertū est. Inde colligitur: Nilū hoc fonte conceptū, actūq; aliquādiu per inuia, &

Vitruvius. ideo ignoū, iterū se ubi ad Eoū processerit, ostendere. Hactenus Pōp. Cui Plin. accedit, qui lib. 5. cap. 21. Apud Hespe-

rios, inquit, Aethiopas fons est Nigris, ut pleriq; existimauere, Nili caput &c. Huic autē à Nilide saturiginē esse, ex

Plinius. Iubæ sententiā lib. 5. scripsit, ubi de eius profluvio nō tā eleganter, quā copiose, ad Senecæ imitationē retulit, et ex Pli-

ut solet, uerbis tātū mutatis Solinus. Refert Hero. li. 2. Se ex plerisq; Cyreneis, cū illic ageret, accepisse, id quod at-

Meroen. te illi ex Diæarcho Hamoniorū rege intellexerat: hic autē ex Nazamonibus ad se profectis, iuuenes aliquot Nazomo-

Plinius. nas aqua, et cibarijs probe istructos, in interiorē Libyā perrexisse: post uerò multis solidudines emēsas, ad homines ue-

Vitruvius. nisse alienæ prorsus lingue, adq; urbē, quā grādis fluuius ab occasu in ortū tendēs preterlaberetur, in quo ut in Nilo

Meroen. Crocodili appareret. Id ita euenissem mihi maxime est uerisimile: Quāquā Diodo. (que Græcorū inuidia est) Hero. ea

in re fidē nō adhibēdā esse ait lib. 1. cū tamē Iubæ. Pomp. Vitruvio, & Plinio cū Hero. cōueniat. VITRUVIUS

lib. de Architectura octauo, cap. 2. in Iubæ sententiā pedibus uadēs sic refert: In Mauritania, quā nostri Mauritaniæ

appellant, ex monte Atlante Dyrīs, qui ortus ex septentrionali regione progreditur per occidentē, ad lacū Heptagonum, & mutato nomine dicitur Nigir, & infra paulo: Ab hisq; paludibus se circumagens per flumina Astaborā, &

Meroen. Astaboram, & alia plura peruenit per montes ad Cataractā, ab eaq; se præcipitans per septentrionale prouenit in

ter Elephanta, & Syenem, Thebaicosq; in Aegyptum cāpos, & ibi Nilus appellatur. Hæc Vitruvi. sed diuersitas

est, quod Dyrī nominat, ab Atlante forte, quē accolē quoq; Dyrī dicunt: Iuba Nilin, è quo Nigris alibi erumpat,

Plinius. qui Nigir à Vitruvio dicitur: quanquā Hermolaus pro Nigir, Agger legit, è uitioso fortassis codicæ magis, quam pro

Vitruvius. sua sententia. Hunc attigisse castris suis Suetoniū, Paulinum, Claudij in Mauritanijs præfectum, Plin. testatur. i. cap.

Meroen. lib. 5. MELA ex desertis cum mitti afferit: utpote, nullius addictus iurare in uerba magistri: scio recentioribus in lo-

corum perquisitione maiorem fidem deberi. Ipse ex tanta scriptorum uarietate: Nilum non tam ab meridie, quam ab

Vitruvius. occasu augeri undis, haud uana coniectura contendim, quā infra reddam. a Nauigari facilis. multi enim

Meroen. in interiori Aethiopia præalti scopuli alueum eius exasperant, ut Herod. lib. 2. scribit. b Nec statim Nilus. uel

Plinius. quod Nili nomen non protinus habet, uel quod uenientes paſſim undas in unum alueum non illico corriuat.

Meroen. Simplex. unus. d Meroen. præclara illa insula, & earum quas Nilus ambit, propè maxima. Nomen habet à Me-

roē Cambysis sorore: uel ut Diod. ait, matre ibi mortua, cum ad Aethiopas ingressus esset, authore Strabone: in ea

Vitruvius. eiusdem nominis grandis ciuitas est, cuius Herodotus meminit. De illa Luca. 10. lib. Ambit nigris Meroë secundas

Meroen. colonis, Leta comis hebent. &c. Illa regia est, & metropolis Aethiopum, de qua multa Diod. lib. 1. & lib. 17. Strab.

insula Longitudinis habet trium millium stadiorum, latitudinis mille, quod inibi Stra. ubi de Aethiopibus à Roma-

Vitruvius. nis uictis mentio est, prosequitur. e Aethiopiam illa scilicet quæ Aegypto imminet ab Austro. f Asta-

Meroen. boras. Dissentunt nonnulli hoc in loco scriptores. Ptolemeus uult Astapum & Astaboram seorsum annes à latere

nec statim^a nauigari facilis, ^b nec statim Nilus est: & cum diu^c simplex, sœuusq; descendit circa^d Meroen late patentem insulam, in^e Aethiopiam diffunditur, alteraq; ex parte^f Astaboras, altera Astapus dictus

Strabo. nec statim^a nauigari facilis, ^b nec statim Nilus est: & cum diu^c simplex, sœuusq; descendit circa^d Meroen late patentem insulam, in^e Aethiopiam diffunditur, alteraq; ex parte^f Astaboras, altera Astapus dictus

Eo, è paludibus remotioribus lapsos, in Nilum aliunde uenientem descendere. Quod ipsum & Strabo à principio ultimi libri ex Eratosthenis sententia, qui Nili decursum graphicè descripsit, refert. Plinius capite nono quinti libri, Nilum in Aethiopiam per deserta illapsum acclarum lingua Astapum, hoc est, aquam è tenebris profluentem, appellari ait. Ad Meroën uero, quam amplectitur, laco alueo Astaboram dici, id est, ramum aquæ uenientis è tenebris: dextero autem Astus apem, quod ramum latens aquæ significat, nominari. Idem eius simia Solinus refert. Vitruvius quo-

est. "Vbi rursus coit, ibi nomen hoc capit. Inde pars
tim asper, partim nauigia paties, in immane lacu de-
uenit: ex quo præcipiti impetu egressus, & Tachem-
pso altera insulæ aplexus, usq; ad Elephantidē urbē
Aegyptiā atrox adhuc feruēsq; decurrit. Tū demū
placidior, & iā pene nauigabilis, primū iuxta Cer-
casorū oppidū triplex esse icipit. Deinde semel iterūq;
diuisus, ad Delta & ad Metilin it per omnem Aegy-

que libro octauo Astasobæ meminit et Ae-
staboræ, ut anniuas quas secum rapit Ni-
lus. Plinio cum Pomponio propè conuenit.

a Vbi rursus coit. Plinius nec ante Nilus ubi
Nilus quā se totum aquis cōcordibus rur-
sus iunxit. Dionysius poëta, Sirin ab Ae-
thiopibus Nilum dici scribit, ante quam to-
tus confluat: Vitruvius uero Dirin à mons-
te, ex quo oritur. Risi uersus ex Dionysio
hi sunt: Hic qua secretis incidit flexibus
agros, Aethiopum in lingua Siris ruīt, ut=

q; Syenen Cœrulus accedens diti loca flumi-
ne inundat, Nomine se claro Nilum trahit, & reliqua. Dicitum Sirin autumat Stephanus & Eustathius, à Syro: quo-
niam sub ortum canis per introitum Solis in Leonem augatur, ut Hermolaus scribit. Seneca certe infra Philæ am-
ni cōcunti nomen Nili esse scribit. Eius uerbæ hæc sunt: Philæ insula est aspera & undiq; prærupta, duobus in unum
coitris annibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Straboni infra Meroën sunt, ad

Philæ.

Lucanus:

Seneca emē/
datur.

Cataractæ
duæ.

Intermina
mortaliū ait
dacia.

Catadupa.

Naves plica-
tiles.

Delta.

B mari

ne inundat, Nomine se claro Nilum trahit, & reliqua. Dicitum Sirin autumat Stephanus & Eustathius, à Syro: quo-
niam sub ortum canis per introitum Solis in Leonem augatur, ut Hermolaus scribit. Seneca certe infra Philæ am-
ni cōcunti nomen Nili esse scribit. Eius uerbæ hæc sunt: Philæ insula est aspera & undiq; prærupta, duobus in unum
coitris annibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Philæ autem Straboni infra Meroën sunt, ad

Philæ.

Lucanus:

Seneca emē/
datur.

Cataractæ
duæ.

Intermina
mortaliū ait
dacia.

Catadupa.

Naves plica-
tiles.

Delta.

B mari

b Partim asper. Propter Cataractas, hoc est,
precipites & torrentes undarum ex asperis & urgentibus scopulorum angustijs lapsus, qui in Nilo multi sunt, ob-
crebra insularum rupiumq; è medio alueo extantium impedimenta: mitem enim alioqui, & dulcissimi haustus fluui-
um, immania rupium obstacula ita exasperant, ut sevis quidem, sed minime sua culpa, insurgat. Strabo duas Cata-
ractas facit: Maiorem, qui in montanis est in Aethiopiam uer gentibus, & minorem qui Syene proximus. In utra-
q; tantus collectantium undarum sonitus, ut qui iuxta sunt, sufferre diutius nequeant, muluis qui aspera illic habita-
run, sedes ad quietiora transferre coactis: ut Seneca scribit libro nat. q. quarto. Hinc Africanus apud Ciæronem
libro de repub. sexto, gentem quæ ad Nili Catadupa accedit, ob sonitus magnitudinem sensu audiendi carere dixit.
Frequentia illic (Diodorus inquit) saxa scopolis similia, aquam magna uertigine mirabilq; allisam reflectunt, inq;
contrarium cursum spumis agunt redundantibus: que res stuporem aspicientibus præbet. Et Seneca Nilum ait post-
quam in scopolos cautiū librauit, spumare. Quod ipsum si mediocres per aspera delapsi amnes faciunt, quid de Ni-
lo dubitabimus? qui ubi infra Meroën confluit, latitudinem duorum & uiginti stadiorum habet, auctore Diodo-
ro. Et sunt illic tamen (ut interna est mortalium audacia) qui tenuibus scaphis, in regum illic spectaculum, insiden-
tes, per ingentia precipitia una cum amne decadant incolentes, ac iaculi more per impetum rapti elabantur: quod
Strabo scribit, & Seneca tanquam incredibile miratur. Tales apud nos & in Rheni Cataractis remigare audio,
qui eae uili uitam mercantes, naues exoneratas per rupium anfractus summo discrimine traducunt. Catarac-
tas Ciæro & Herodotus catadupa nominant ab immenso sonitu, nam δοῦπον sonitum dicunt, & δοῦπεω idem
est, quod cadendo sono.

c Lacum posset legi, Locum, ut Cataractas intelligeret: sed ut lacum lega-
mus, illud mouet, quod iuxta Syenen & Elephantinam, profundum immensum Nilum habere Herodotus credidit:
quem, ut sepe, Mela hoc loco securus est. Sed garrire cum Strabo ait libro ultimo, qui & Nili fontes, & illa immen-
sa his in locis esse planè negat.

d Tachempso, eius insule Herodotus non semel meminit libro secunda

e Elephantidem. Plinius quinto libro: Elephantis, inquit, insula infra nouissimum Cataractam, nauigatio-
nis Aegyptiæ finis, ubi Aethiopiæ conueniunt naues; namq; eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad Cata-
ractas peruenient est. Ipse Strabo se in Syenen insulam mediterraneæ cognominem traieciisse lib. ult. scribit. f

f Placidior, nā hucusq; nauigatur. Nilus enim ad Elephantidē usq; nauibus ascēditur, ulterius autē progredi Cataractæ nō
finunt, ait Iosephus cap. II. lib. de bello Iudeo quinti. g Cercasorū oppidū. Herodotus quoq; lib. 2. Cercasorū
urbem refert, iuxta quam, inquit, scinditur Nilus in Pelusium fluens, & Canobum. De Metili in urbis Stephanus
meminit: & Metiliten nomen Plinius. II. capite libri quinti inter alios numerat. Notandum uero, supra hæc loca Ni-
lum quoque aperiri, & insulam facere, quam Nili nominarunt, longā passuum. 50. mília, aius Ptol. & Plin. memine-
re, uerū alueis rursus coēuntibus.

h Delta. Terra quæ extimis alueis fundentis se Nili clauditur, à triquetra figura græca literæ uocabulo Delta nominata est, habetq; proprium nomen Aegypti ab Africa Canopico ostio, ab
Asia Pelusiaco separata, 170. milliū pas. inter uallo, ut scribit Pli. Est autem expansæ manuī nō absimilis, et in totū,

mari nostro, & Nilo insula facta. De qua per pulchra Stra. & Diodo. Hircius libro bellorum ciuilium quarto: Locus est, inquit, serè regionū illarū nobilissimus, nō lōge ab Alexādria, qui nominatur Delta, quod nomē à similitudine li-

*Delta nō sem
per fuit.*

terē cepit: nā pars quedā fluminis Nili deriuata inter se, duobus itineribus paulatim medium inter se spatiū relin-
quens, diuersissimo ad litus interuallo à mari adiungitur. Indicat Ptolemaeus tab. Africæ tertiæ. Hanc terrā aliquā-
do nō extitisse Aristó. & cap. secundi Meteororū refert, & lib. 2. Herodo. Delta, inquit eis, ut ipsi dicūt, et mibi uide
detur, defluxa humus est, ac nuper, ut sic
dicā extitit. Argumētū est, quod è Cyre-
naica per Catabathmon in Aegyptū, ou
in uetusū quendā Nili alueū descedit.
Fluuij ergo munus iure appellari potest,
ut lib. 1. Strab. ait. Et Seneca Aegyptū ait
non tātū terrarū fertilitatē, sed ipsas quo-
que terras Nilo debere. Id autē ita esse il-
lud quoq; argumētō est, quod Pharos iſula

aliquādo magno interuallo à cōtinēti seiuncta, post peninsula facta est, terris illic auctis, & pelagus urgentibus, de
qua nos olibi. a Septē in ora. precipua: Nā et alia sunt tenuia, que nomē nō merētur, ut Strab. pleraq; uerò ma-
nufacta ostia, ut lib. Meteororū primo Aristote. Luca. in octauo: Gurgite septeno rapidus mare submouet amnis, Ter-
ra suis cōtentā bonis, nō indigā mercis. Aut Iouis, in solo tanta est fiducia Nilo. b Aestiuo sydere. Idē Sene.
Diodo. Herodo. Plinius. Sed Pliniū sequi libet, cuius hēc lib. 5. uerba sunt: Incipit crescere Luna noua, quæ ainq; post
solstitiū est, sensim modiceq; Cārum Sole trāscēte: abundatissime autē Leonē, & residet in Virgine iſſā, quibus
accrueit modis. In totū autē reuocatur intra ripas in Libra, ut tradit Herod. cētesimo die. Aristó. (nisi me lectionis
fallit memoria) Plin. & Senecæ cōtrarius, subito uenire Nilū credidit. Nō solū autē Delta irrigat, sed & superiorē
Aegyptū. Porrò Nilus, inquit Hero. ubi inflatus est, nō modo Delta inundat, uerum etiā plagā, que dicitur Africana
esse, aliquoties & Arabicā, idq; utroq; uersus duorū dierū itinere, et amplius eo uel minus. Strab. lib. ultimo, eā Ae-
thiopie regionē, que statim supra Syenē, & Cataractas est cōmuniter cū Aegypto irrigari scribit. Quicquid autē
iuxta non adiuuit, id sterile & squalidum iacet, inquit Seneca. Eā ob rē, iuxta habitantibus tanta admittendi Nili soli-
citudo est, ut fossis eum plurimis in longinqua abducent, & decrescentem persēpe intercipiant, aquas in longiore
uolum seruat, fossas eas superfluentis Nili receptacula Tacitus uocat. Vbi uerò altior locus est, quam ut abduct fœ-
cundo illo humore possit, Coeleis multa industria ad id comparatis, sursum aqua ducitur. Author est horum lib. ultī-
mo Strab. Scribit lib. 3. bellorum ciuil. Hirāus Alexandriam ferē totam suffossam, & specubus cauam ad Nilum perti-
nentibus: quibus aqua in priuatas domos induatur, que paulatim liquefcens, et subsidens fontalis aque loco bibitur.
Alioqui fons tota urbe nullus est: & ea que flumine Nilo fertur, adeò est limosa, atq; turbida, ut multos uarioscq;
morbos efficiat. Mira autem natura fluminis, quod cum ceteri amnes abluant terras, & euiscerent, Nilus tanto cete-
ris maior, adeò nihil edit, nec abradit, ut contra adiiciat uires, nimiumq; in eo sit, quod solum temperet. Seneca au-
thor. Est & id haud quaquam omittendum, esse illic puteos, qui unā cum Nilo crescent, & decrescent: in his omnia
fluuij incrementa obseruantur. Nam in eorum marginibus note quedam sunt mensuræ incrementorum. Strabo Ni-
lometria appellat. Ex his quantum augeantur undæ, qui obseruant, in uulgu produnt: & si lentius assurgit, fossis
student aquas retinere: si iustius extuberat, ocio genioq; dediti, fertilem expectant annum. Maiora etiam incrementa,
maiores prouentus principibus denuntiant. Hec ferē ex Strabone, & Diodo. Iustum incrementum, inquit Plin. cubi-
torum est sedecim, minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent tardius recedendo: he enim serendi tempora
absunt solo madente: ille non dant, sitiende. In. 12. cubitis famem sentit, in. 13. etiamnum esurit. 14. cubita hilarita-
tem afferunt. 15. securitatem. 15. delicias. Persēpe itaq; Nili tenuitas famem parit, ut eo anno quo truncatus in Aegy-
pto Pompeius est, & iterum Traiani imperio, ut Plin. iunior in Panegyri ad Tra. sc̄ p̄fit. Porrò pulcherrimus aspe-
ctus est inundationis diebus, urbium, uicorum & mapalium more Cycladum extantium: latent campi, operte sunt ual-
les, nec ullum in mediterraneis nisi per nauigia commertium est, maiorq; est letitia gentibus, quo minus terrarum
suarum uident, uti eleganter Seneca scribit. Pecora interim in stabulis reclusa nutriuntur à colonis, ad id antea pre-
parato pastu: uulgu remissis operibus rusticis ocoſum, epulis indulget, ac uoluptati. Ex Dio. c Hypo-
potamos. hoc est fluuiatiles equos, quibus ungulæ fissæ, quales bubus, dorsum equi, & iuba, & hinnitus, roſirum
refupinum, dentes adunci ut apri, sed minus noxijs, ut Plinius capite. 15. octauo libri scribit. De hoc animali sic Cal-
phurnius in Aegloga, cui titulus Templum: Spectacui uitulos, & equorum nomine dignum, Sed de forme peus, quod
in illo nascitur anni, Qui sata riparum uenientibus irrigat undis. d Crocodilos. Terribilis hēc con-
tra fugaces belua est, fugax uerò contra insequentes, ut Plinius. Seneca: fugax, inquit, animal audaci, audaciſimum
timido. Mirum est, id animal quod ex ovo gignitur, in longitudinem. 18. cubitorum excrescere,
ut Plinius octauo libro afferit. Lingua caret, maxilla tantum superiore mobili, dentibus acerrimis, & in ſeui-
tati pectinatum cōcuntibus. Ipse Viennæ uidi, Venetijs adiectos complures cubitorum. 6. & tenelloſ etiamnum
uniuers cubiti, lacertis nostratibus grandiusculis admodum ſimiles, niſi quod colore plerunq; ſunt flaui. Sunt in Aegyptō Tentyritæ, huic beluae natura aduersi, ſicut ſerpentibus in Africa Psylli, à quorum etiam olfactu abhorrent:
hi clava

*Tēpus incre-
menti Nili.*

*Nili irriga-
tio.*

Nilometria.

*Hypopota-
mus.
Calphurnius*

Crocodilus.

biclaui in os additi contra morsus, captiuos è profundo in ripam trahunt, & ut libet tractant. De quibus in. 8.
Plin. et lib. ult. Strabo. Seneca quoque libro nata. q. 4. Sed in hoc diuersus, quod non generis proprietate aut san-
guinis, sed temeritate potius uincere beluas illos existimat. Eius uerba haec sunt: Nec illos Tentyritæ generis aut san-
guinis proprietate superant, sed contemptu & temeritate. Etiam si apud Senecam tinctura pro Tentyritæ, & sepa-
rant pro superant, uel in emendatis exemplarib[us] legitur. Scripsit aliquando Aurelius Festivus, ille qui Aurelianii

Locus Senecæ.

libertus fuit: Firmum Aegypti Tyrannum Crocodilorum adipe perūctum, inter Crocodilos impune innataſſe, id quod Spartia nūs adnotauit: ut uerisimile fit, immanem seuitia bestiam sui generis odore seductā naturæ parare, non homini. Glebis infundat animas. De animalibus Ouidius, & Diodorus. Verū quod ad humānam effigiem attinet, nunquam equidem credidisse, nisi ex analibus Matthæi Palmerij Florentini, qui apud Eusebium in Chronicis Hieronymi & Prosperi hysto-riis subiuncti extant, certior factus esset. Hic septimo anno pontificatus Pelagij, in Nilo animalia masculina, & foeminea uisa esse scribit, quæ ad lumbos usq[ue] huma-

Matthæus Palmerius.

^aglebis etiam infundat animas, ex ipsaq[ue] humo uis-
talia effingat. hoc eo manifestum est, quod ubi se-
dauit diluuiā, ac se sibi reddidit, per humentes cam-
pos quædam nondum perfecta animalia, sed tum
primum accipientia sp̄iritum, & ex parte iam forma-
ta, ex parte adhuc terrea uisuntur. ^bCrescit porro si-
ue quod solutæ magnis æstibus niues ex immanibus
Aethiopiæ iugis largius, quam ripis accipi queant,
desfluunt. Siue quod Sol hyeme terris propior, & ob
id fontem eius minuens in æstate tunc altius abit, si-
nitque integrum, & ut est plenissimus, surgere.

nam effigiem habuerint: eaq[ue] ipsa per Deum adiurata, à matutino ad usq[ue] nonam horam se uidenda præbuuisse.

^b Crescit porro. Incrementi rationes, pro diuersitate aliter aliterq[ue] sentientium, referunt potissimum Aristoteles. Diodo. Seneca, Plinius. ^c Siue quod solutæ. Ita sensit Anaxagoras, cui improperant, ut inepte lecato, Herodo. Diodo. & Seneca: sed nimis meo iudicio temere. Nam in Austrino latere niues cadere, & pluuijs uidis uel à meria die fluentem, Nilum accrescere posse, evidentibus rationibus indicari potest. Sed in hoc indubie peccatum est, quod So- le Cancerū occupante, quando ad crescat Nilus, Aethiopicas ad meridiem niues liquefieri Anaxago. existimauit: Sole ui- delicit tunc maxime atq[ue] altissime distante, qui hyeme nostra magis illā liquefacet, cum ob rectos in ea loca radios, tū ob maiore in terrā incinitatē: tunc enim Australia signa ipse occupat. Sed priora explicemus. Libyci montes, cum Sol ad Capricornū obuersatur, niues suscipiunt cœli frigore in æstate usq[ue] pertinaces. Quod Plinius authoritas con- firmat, afferentis Suetonii Paulinii, qui interiora Mauritaniae per agrauit, quæ ipse Consulē Rome uiderit, retulisse inter cetera, Atlatis uertice altis æstate niuib[us] opperiri. Et Atlas tamen, præsertim maior, à tropico Cancri plus mi- nus quatuor gradibus in Arcton declinat. Nec est ut de niuib[us] dubitemus, quando Cornelius Tacitus grauis in pri- mis author, Libanum montem Aegypto uicinum, in maximis ardoribus niue opacum esse scribit libro Augustalis hya- storia uicesimo primo. Quod si ita est, quis neget in Austrino latere, in iugis montium, si quæ sunt, ut certe extant, pari aut maiori interuallo in Austrum à Capricorni tropico deuergentibus, niues quæ diu etiam perseverent, ca- dere posset: quod si montium impar altitudo est, saltem niuem illuc cadere pluuiosam, quæ lacus circum, quæ palu- des, quæ amnes in Nilum corriuantes augeant. Illa cum primis opinione suffragante, quod Nili fontes à meridie in- arā sunt, & cuiquam possit non temere uideri, è loco aliquo, qui trans torridam sit, profluere. Quid Ptolemaeus? qui ex Lune montibus niue defluent, Nili fontes aqua oppleri asserit. Præterea si ad Cancri tropicam imbræ cadunt, Sole Brumam faciente, id quod aperte indicant Plinius & Seneca: quid prohibeat quod minus idem fiat, ad Capricor- ni tropicam, Sole Cancrum tenente? Addo quod in æstate Indorum montana crebris imbribus abluntur, ut recepti- simi autores scribunt: & hæc tamen alicubi decem, undecim, aut duodecim graduum latitudine, à Cancri parallelo non absunt. Quid igitur negent aut Diodorus aut Herodotus in Austrinis montibus non idem pari ratione eueniire posse: quando Sol Cancrum occupans non modò in opposito suæ augis est, sed etiam à Capricorni parallelo plus mi- nus. 47. gradibus distat? Aristoteles igitur, ut illis in oī philosophia actior, ita in percēnda Anaxagoræ opinione modestior, nō negat Nilū à fluore meridiano augeri: sed uerisimile nō uidetur sibi, à niuib[us] liquefactis id fieri, cum maior fiat Nili auctus, quā niuū undæ suppeditare uideatur. Existimat quoq[ue], cū ueritate, quæ id cōpertū nō habuit impossibile esse locū nosse, è quo ex niue undæ profluat, cū media zona æstu inuia sit. Ideoq[ue] in eā magis causā incli- nat, quā secūdo loco Mela adducit: ut Sole uidelicit à Nili fontibus ad nos trāſeunte, minor sit caloris exurētis uis, et maior gignendi humoris copia, ut liquefcente aliquo, aut pluente Nili aluei intumescat: quod ipsum à uero minime alienum est, quanquā à meridie imbribus magis augeri Nilū creditur, ob Solis abæſsum, & noctis paulò ampliorem longitudinem. Cognitum hoc esse regum Aegypti obſeruationibus, Strabo testatur libro de terræ ſitu ultimo: & mi- ratur admodum id ipsum plerosq[ue] antiquorum ignorasse. Minime igitur male Aeschylus, Sophocles, Euripides, An- axagoræ ſententiam ſecuti ſunt. At Seneca Aethiopianam eſſe feruentissimam ait: Ardens ibi, inquit, puluis, nec hu- mani uerſigij patiens, argento replumbatur, ſignorum coagmēta ſoluūt: nullū materiæ ſuperadornatæ auro ar- geniōne, aut alio quopiam metallo manet operimentū, ſed ſolutū deſſuit. Demus nos ut ita ſit, quemadmodū Seneca

Niues in Ae- thiopia cas- dunt.

Aristoteles.

Seneca.

Nota.

scribit, quod tamen planè non asseruerim: non est consequens, ut aut semper aut omnibus torridæ plage locis hoc cōtingat. Nam cum de æstu harum regionum sit mentio, semper ea ad respectum præsentia Solis referenda est. Statuo igitur gratia exempli in prima parte Cancri Solem, eo die parallelus Viennensis aut Parisiensis non totis. 24. gradibus declinatione aberit à Sole: eo tempore grandes nobis imbres oboriuntur, & crebre admodum tempestates.

Contra Sene
cam.

Quero itaq; ex te Seneca, an non simile quiddam, aut maius his euenire queat, qui tum in meridiem, à Sole plus minus gradibus. 47. distant? At hi sunt qui sub tropico Capricorni situm habent, quo=

^b Siue quod per ea tempora flantes Etesiae, aut actas rum intolerabilis est calor, quando iuxta

Zenith Solem habent: quod si illic nulli essent homines, terris saltem & Nili fontibus, qui tunc iuxta Ptolemaeum. 36 graduum interuallo absunt, quod dico, eueniret. Præterea multum refert, authore Alberto, quæ loci sit effigies, planæ an montosa, uida an harenis torrida, mari uicina an mediterranea: omnia enim hæc uariant, quò minus generalis caloris causa habeat locum. Idcirco haud difficile est creditu, quod Plinius scribit, Suetonium Paulinum, qui suis temporibus Claudijs auspicijs Mauritanis bellum intulit, in interiora illic transgressum, uidisse Atlantis uerticem nūibus pressum, etiam in æstate durantibus: ultra uero ad solitudines adiisse nigri pulueris, eminentibus interdum uel exustis caubibus: quibus indicijs ipse quanquam hyberno tempore expertus, inhabitalia tamen ea loca ob feruore cognorit. Prætereo Auicennam & Albertum, qui Senecam eo ipso obruunt, quod temperatam oram sub æquatore esse confirmant. Vbi uero de alijs annibus mentionem facit Seneca, non aduertit, his qui ad tropicos habitant diuerso tempore hyemem et æstatem esse, sicut alijs quoq; qui cōtraposite sunt latitudinis. Itaq; dico Nilū hyeme sua augeri imbris nūibusq;, & auctum undis aliunde quoq; allabentibus in eas egredi terras, in quibus æstas deseuit: Cum enim in Cancro Sol est, hi qui sub Capricorno habitant, hyemem suam habent: ut è regione, cum in Capricorno Sol uertitur, æstas illuc est, omnem nūium imbriumq; prouentum summo feruore intercipiens, Aegyptijs interim in bruma agentibus. Sicut ergo æstate sua Nili fontes exauriuntur, ita sua crescant & oppalentur hyeme. Verumq; est, quod fortasse Seneca non aduertit causam unam incrementi Nili esse hyemem suam, cuius undis tamen eodem tempore Aegyptiæ æstas fœcunda fiat. Per has meas nugas arbitrij ius esto probis lectoribus, ne erga tantum in omni philosophia uirum meum quispiam officium defuderet. Cæterum quod inibi de Phasi legitur: Phasis quoq; per Indie cāpos oras tenens, & c. le gerem Scythie, non Indie. Nanque in Scythia clarissimus amnis Phasis est Plinio. Negare uero & estatem hyememq; diuersis simul esse posse, quid est aliud quam in captu rerum naturæ, extremam prodere impetum: nam ut semper alicubi dies est, & simul alicubi nox, ita indubium æstus semper hyemem, æstatem, uer, & autumnum simul esse diuersis locis. Quod ipsum Eudoxus Mathematicus tradidit, nec eget exemplorum adminiciale demonstrationum fides.

Nilus hyeme
sua crescit.

Diversis locis
simul æstas et
hyems.
Seneca.

Herodotis ra/
tio.

Cōtra Diodo/
rum.

Thaletis ra/
tio.

Cōtra Diodo/
rum.

Euthimenes

Locus Sene/
ce

a Siue quod. Sol. Hæc ratio Herodo to probatur, nec temere, quanquam temere eam incepit Diodorus. Reuera enim Solis abscessus, ut illic imbrium copiæ locus sit, efficit: sicut accessus ob

æstum, ut dixi, uapores imbræ generantes absunt: falsum uero est, idem non alijs Libyæ fluminibus contingere, quod Diodorus afferit tamen: nam par ratio in illis est, si modo in iisdem aut conformis latitudinis locis oriuntur. Illos enim intelligere, quibus oppositi, aut multo interuallo semoti sunt fontes, ridiculum esset. Nam hoc modo uel in ipsa Aethiopia fieri potest, ut uno eodemq; tempore fluuius aliquis hyeme crescat, alias æstate torreatur, propter diuersum fontium situm: sicut Sole Capricornum tenente Nili fontes torrentur, interim amnis quispiam, qui ex iugis Aethiopicis, quæ iuxta Aegyptum sunt oritur, imbris illic eodem tempore cidentibus augeri potest: quian eis

qui ad Cancri tropicum & citra habitant, tunc hyems sit. Porro contra Diodorum Græciæ flumina hyeme crescunt, primum omnium propter discessum Solis, cui consequens est, ut illic pluviae sint frequentiores: sicut in Italia etiam tractu interiori, uere & autumno tempestatibus magis est locus quam æstate, ob Solis absentiam maiorem.

b Flantes Etesiae. Thales, ut tradit Plutarchus, Aquilones anniuersarios in Aegypto flantes Nili exuperantium attollere dixit, utiq; emissarijs eius turges faciendo mari obstricis. Ita latinum fecit hunc locum Gulielmus Budæus Gallus, uir doctissimus. At Pomponius & suspendi fluxum, & ad principia amnis posse propellere Etesijs nubes ait: tanquam ita Thales senserit: cuius tamen ratio ab Aristotele, Herodoto, & Seneca pariter resuelltur. Alioqui non absimile fuerit uero, Etesias, qui ab Arcto flantes post æstiales Solis uersiones, meridianos imbræ eo modo progingnere, quo nobis Austrini flatus solent. De Etesijs autem à principio tertij libri, Meteororum Aristoteles, Seneca in Thycide. Si quis Taygeti conspiucas niues,

Quas cum Sarmaticus tempore frigido, In summis Boreas composuit iugis, Aestas ueliferis soluit Etesijs. Diodorus Democritum nulla iusta causa reprehendens: Etesias ait non eos esse qui à septentrione, sed qui ab æstuo occidente flant: tanquam occasus æstius, illis præseruum qui proprius Arcton habitant, non sit, si æquatore respicias, uel maxime septentrionalis. Euthimenes Massiliensis sententiam suam mendacio uerisimilem fecit, ausus affirmare se Atlanticum nauigasse mare, è quo Nilus maior fluat, quamdiu Etesiae tempus obseruant: tunc enim dixit ei ci mare instantibus uentis. Quod falsum esse, recte Seneca contendit: ante Etesias siquidem crescit Nilus: horumq; flatus cum admodum pacatus sit, nil impellit: Præterea nunc tota (inquit Seneca) extremitati maris ora mercatorum nauibus stringitur, quorum nemo narrat maritimum Nilum, aut mare saporis alterius, quam natura credi uetat: quia dulcissimum quodq; & leuisissimum Sol trahit. Et paulò infra: Quod si è mari ferretur Atlantico, totum simul oppleret Aegyptum, at nūc per gradus crescit. Hæc Seneca: apud quem codē in loco quatuor dictiones corrupte leguntur. Nō sit (inquit) quo illi flauere uchementius

uehementius. &c. fauere exemplaria corrupta habent. Item: nemo narrat Mintium Nilum, pro maritimum. & pa-
lo infra: semel populet, pro, simul oppleret. Non ignoro Aegyptios olim sacerdotes Nilum ab oceano fluere confir-
masserunt, ut Diodorus scribit, atq; inde à uetusissimis uatibus Nilum oceanum nominatum, quod & Herodotus secun-
do libro autem. Tantam tamen undarum uim, atq; adeò dulcis haustus amnem eo modo fontes habere haud unquam
uerisimile fuit, cum iam alijs propè evidenissimi causis eius incrementum compertum habeamus. Quanquam Theo-

Nilus occa-
nus dictus.

a septentrione in meridiem nubes^a super principia eius imbre^b præcipitant: aut^c uenienti obuiæ aduer-
so spiritu, cursum descendētis impediunt: aut harenis quas^d cum fluctibus littori applicant, ostia^e obducūt.
Fitq; maior, uel quod nihil ex semet amittit, uel qđ plus quam solet accipit, uel quod minus quam de-
bet emittit. ^f Quod si est alter orbis, suntq; oppositi^b nobis a meridieⁱ Antichthones: ne illud quidem a
uero nimium abscesserit, in illis terris ortum amnē,
ubi^k subter maria cæco alueo penetrauerit, in no-

phastus, authore Seneca, Nilum aliquan-
do marinam aquam detulisse scripsit: du-
biū tamen est an Hystorica id fide præst-
tefit, nisi sal sed in causas, in adiustis Sole
arenis subesse intelligimus. ^a Su-
per principia. Super Nili fontes: Nam uen-
ti septentrionis ut nobis cœlum reddunt se-
renum, ita Africæ plerūq; nubium pro-
pulsa caligine imbræ pariunt. Hinc de Bo-
rea Lucanus libro tertio: Cum medium nu-
bes Borea cogente sub axem, Effusis ma-
gnis Libye tulit imbribus annum.

^b Præcipitant. agminatim impels-
lunt. ^c Venienti. Nilo. ^d

Cum fluctibus, cum Aegyptijs maris æstu: nam ea littora ut pote nobis obuersa Boreas infestat, sicut e regione, no-
stra petunt Auster et Africus. ^e Obducent, claudunt & oppalent, quò minus egrediatur. Lucretius libro sexto,
ubi de ijsdem incrementi causis meminit, sic tradit: Est quoq; uti possit magnus cōgestus arenæ Fluctibus aduersis op-
pillare ostia contra, Cum mare permotum uentis ruit intus arenam. ^f Quo fit uti pacto liber minus exeat amnis.
& cetera. Quo loco oppilare dixit ostia arenæ congestus: quòd Pomponius obduere pro eo quod est opplere &
suffarcire: quo significat & Medicis oppilare & oppilatio in usu est. Tametsi Hermolaus Barb: uir doctissimus,
caſigationum Plinianarum libro ultimo: Vitium præclusi fractiq; iccineris aliorumq; intus uiscerum parum plausi-
bili, nec imitatione digna uoce, oppilationem à Medicis uocari contendit. Quod secunda Philippiarum Ciceru Tar-
bernis oppilatis dixerit, pro eo quod est pilis stantibus obſfirmatis suffultiq;: à cuius utiq; ſententia non recesserim.
Plinius (ut ad Nilum reuertamur) Causas, inquit, huius incrementi uarias prodidere, ſed maxime probabiles, Etesia-
rum eo tempore ex aduerso flantium, reperauit ulro in ora acto mari, aut imbræ Aethiopæ æstuos, ijsdem Ete-
sijs nubila illò ferentibus è reliquo orbe. ^g & cetera. Credita eſtitut triplex incrementi ob Etesias ratio: nam
aut ob nubes actas super Nili caput, aut ob aduersum flatum, undæ ſolitum curſum morantem, ut inde fiat auctior,
ut ob arenas maris impetu ab Etesijs agitat, in amnis emissaria congregata, fit maior. Prima harum ueri habet alia
quid, relique futiles ſunt. ^f Fitq; maior. Priorum rationum epilogus eſt. Ut fit ſensus Nilum fieri mai-
orem, uel quòd nihil ex ſemet amittit, Sole ſcilicet à fontibus eius abſente, ob ſeundam rationem: uel quòd plus quam
ſolet accipit, ob niues ſolutas, & imbræ in Aethiopia interiori prouentum, ex prima & tertia ratione: uel quòd
minus quam debet emittit, propter Etesias amnis curſum ſuſpendentes, aut harenis ostia obturantes, ob quartam
rationem & quintam. ^g Quod si eſt alter orbis. Ostendimus ſupra, Perioecis omnem temporum ra-

Note.

tionem conformem eſſe, quaunq; parte circumferentie rotunde molis ſint. Id ipsum demonstrare non difficile eſt,
cum igitur Antichthonibus nostris hyems eſt, eadem Antoecis nostris eiusdem cum illis paralleli exiſtit: nam Antich-
thones nostri illis Perioeci ſunt. Quid igitur erat opus, ob hyemem meridianam Nili fontes d tam profunda
origine duere, ſi eadem in illa prouenit quadra, quæ trans æquinoctialem per Aethiopæ latissimos tractus ipſi
etiamnum Pomponio nota fuī, & arma Romana peragrarunt? Quod si interfluo oceano (ut uetusſatis eſt opus-
nio) Antipodum & Perioecorum plague à nostris ſepararentur, nihil minus tamen illæ ut hæc frigoris æstuosq;, tum
& uerni & autumnalis temperiei conformem haberent modum. Si primam incrementi Nili, quam posuit ratio-
nem recte tenuiſſet Pomponius, non admifſſet me herale poſtremam. At mouerunt Memphiticæ philoſophi, qui
ut Diodorus ſcribit in illa fuerunt ſententia, tum Nicagoram Cyprium idem conſirmasse ſcribit Aristotleles.

Note.

Quod ſi illi temperatam Antoecorum nostrorum intellexerunt, rem tradiderunt maxime uerisimilem, ut ſupra
exposui. Si eo modo quo Pomponius, falſam indubie & fide indignam. Nihil autem in rerum naturæ perquisitio-
ne moleſtius candidis ingenij, quam alienis & minus apposite de promptis rationibus quicquam inuoluere, ac pro-
pè contaminare, non expliāre: quod aut ueris, aut uero non adeò alienis argumentis commode explicari queat.
Sed nihil ad Pomponium, qui quid alij contendent magis quam quod ipſe ſenſerit, attulit, ut Diodorus quoq; He-
rodotus, Seneca, & Plinius (ſaluo tantorum authorum honore dixerim) aliorum industria in hac re magis quam
ſuum prodiderunt. ^h Nobis. Qui temperatam ſeptentrionalem inhabitamus. ⁱ Antichthones.

Qui illis qui ſupra Aegyptum habitant in interiori Libya ad certum parallelum Perioeci ſunt. Intelligo autem per
Antichthones Antipodas, ut ſupra. ^k Subter maria. ea que inter nostrum & illorum orbem intersunt, ita
eſſe Macrobius & alij non pauci putarunt falſo. ^l In nostris. ad quas nos nullo intermedio oceano per-

meare possimus. a Hyems sit. Verum id est etiā si nostro orbe oritur: ut supra pro Anaxagora explicuimus.

MULTI IN ASIA Nilum oriri putarunt. LIB VIT huic loco adscribere quod ad longinquam Nili originem pertinere videbatur, ne quis adeō miretur ex alio orbe petitos Nili fontes. Aristoteles author est, Artaxerxem cognomento Ochum, expeditionem aduersus Aegyptios parantem, per Indica flumina quaedam, in quibus Crocodili apparuerint, classe descensurum fuisse: quod per suisum esset ei Nilum in Aegyptum fluentem, inde principia sumere: nec omnino tempore suo an ita esset compertum fuisse, & an rubrum mare, quod ante sinum Persicum est, cum illo quod ad Heraclias columnas est, unum mare esset, id est, Oceanus an mare seorsum. Alexander quoq; Magnus, ut Strabo libro decimo

Locus Virgij.
lij.

quinto scriptum reliquit, cum Crocodilos in Hydaspe uidisset, & Aegyptias fabas in Aesine inuenisset, putasse id esse Nili initium, & propterea classem in Aegyptum parasse, tanquam hoc flumine in Nilum nauigaturus. Hanc ueris statim credulitatem sequi uoluit Vatuum princeps Virgilius quarto Georg. lib. cum ait: Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis. Tortellio hallucinante, qui per coloratos Indos, nigros Aethiopas intellexit. Pausanias refert, credidisse quosdam ex Euphrate manare Nilum, qui terra conditus, supra Aethiopiam rursus exeat, Nili deinde nomen habebat. Condi Euphratem etiam Pompo. libro tertio scribit, antequam ad sinum Persicum perueniat. Porro Strabo libro

16. Euphratem à uere in aestate exundare scribit, & obruere arua: ut inde ueri quedam similitudo fuerit, ex eo fluere Nilum, quod falsum tamen esse constat. Ad huiusmodi opiniones non obscure alludit libro. 10. Lucanus his ueribus: Teq; uident primi, querunt tamen hi quoq; Seres, Aethiopumq; feris alieno gurgite campos, Et te terrarum nescit cui debeat orbis. Per Seres, nisi fallor, Scythas figurata intelligens, qui iuxta Taurum, è quo Indicis annibus origo est, in ortum & septentrionem siti sunt: siue Seres magis Indos dixit. Et Ptolemaeus exteriora Indie iuga, Sericorum montium nomine donauit. Refero hæc eò libentius, quod locum illum cœu apertum preterierunt Lucani interpretes. Seres autem querere dixit, quod hi fortasse aliaibi Nili fontes cernant, & interim Nili esse ignorent.

Inopides Chius. Ad Nilum reuertamur. Inopides Chius (ita Diodorus cum nominat, Senecæ exemplaribus indubie corruptis) hyeme dicit calorem sub terra contineri, & ideo uenas interno calore scauri, aestate ergo Nilum crescere, cum tunc interiora terrarum frigeant, & fontibus redeat rigor. Quod recte Seneca improbat: quanquam non ita à uero aliena uideatur, ut hæc quam Diogenes attulit Appolloniates: qui tantum aquarum à Nilo hauriri, & à Sole absuni putauit, ut Arctoum oceenum ea gratia perpetuo fluxu in meridiem tendere afferuerit: Sed improbat à Seneca, apud quem in ibi corrupta lectio est, quam ita restitui: Interrogare Diogenem libet, quasi compertum amnis initia & meatus, Non omnibus locis aestate maiora sunt flumina: ut hæc uerba que sequuntur: Aegyptum Sol magis percoquit. &c. Diogeni quasi rationem querenti Senecæ reddituro, tribuantur, atq; inde illa uerba: Sed in ceteris. &c. rursum Seneca sint, rationem adductam confutantis. Ita clara erit lectio, posset & commatus legi: sed minus fortasse latine, hoc uocabulo aliud significante. Q. V O D si quis, quid ego sentiam, desyderat, respondeo: Nilum nubi uideri incrementa, & exaggerationes non tam à meridie, quæ à Mauritania iugis suscipere, dummodo obseruare potuerim, ex Iuba, Ptolemaei, Plinij, Strabonis, & aliorum relatis, amnem dispersis alueis, & paucim allabentibus in ea primum Aethiopia, quæ supra Aegyptum est, unum fieri, ut de fontibus eius pronundari uix quipiam recte possit. Nihil autem refert, in meridiene, ut Ptol. an occasu, ut & Iuba & Pomp. Nili fontes esse dicas, si uerisimile est utring; in eum undas descendere. Sol ergo ad Cancri tropicum accedens, locum facit imbris meridianis, & affluentie aquarum ut Aristoteli, Nearcho, Agathargini Gnidio, & Diodoro cum primis uidetur: Rursum uero ad Cancerū accedens, niues ex altissimis illis, qui supra Mauritaniam & Numidiam sunt, montibus soluens, ut flumina illic ad crescent, paratione effiat, ut Democritus afferuit. Fit itaq; ut illic imbris exortis, hic solutis niueis, undæ per medias solitudines effluent, & uario flexu tandem corriuent, Nilumq; confertiant, ut ad tantam inundationem sufficiat: crescent uero sensim, prout illinc Sole latius abeunte, crebriores imbres fiunt, buc uero magis accidente eò uehementius niues soluuntur. Hoc, Sole geminos tenente, fieri potest: quanquam in Cancro primum Aegypto reddantur aquæ, fluxus enim longissimus est, & perpetuis ambagibus suspenditur. In Leone ergo est abundantissimus, aquis utring; ingruitibus: in Virgine decresat, quod tum Sol declinationem citius uariat, in aequatore immensus, & meridianam plagam, quæ intra tropicum Capricorni est, & tu rursum premens, imbriumq; materiam exurens: in Libra enim iam residet, ut Plin. scribit. Addo quod amnis fluxus uariatur, prout imbres niuesq; utring; ut apud nos quoq; fit, eo anno ualuerint. Hæc mea est de Nili incremento sententia. Eudoxi Aegyptij sacerdotis, omni testimonio præstantissimi Philosophi, autoritate fulta: hic enim, ut in philosophorum placitis Plutarchus tradit, causam crescentis Nili in pluuias aquas refert, anniq; temporum antiparistastin, quam circumobſistentian Budeus translulit. Etenim cum nobis, ait, est aestas, qui sub solstitali circulo agimus: tunc illis hyems est, qui sub brumali ad perpendicularum incolunt: propterea Nili aqua alueos superans expatiatur per Aegyptum. Possum uero admittere diuersa sententem, dummodo æquè uero similia referat: quin & illud pati, ut quod imperitorum mos habet, mendacia quis dicat: si enim hæc mendacia sunt, in illo sunt genere mendaciorum, quorum causa non os praecindi (ut Senecæ uerbis utar) nō oculi erui solent, immo que maximam habeant frugem. Non me preterit quid Ephorus, quid Timæus opinatus sit: de eis alterum iudicium esto, ego neutrum sequor. Nec ignoro pleraq; de Nilo & eius origine Ammianū scripsisse, libro

Incrementatio.
Nota.

histriarum

ut Aristoteli, Nearcho, Agathargini Gnidio, & Diodoro cum primis uidetur: Rursum uero ad Cancerū accedens, niues ex altissimis illis, qui supra Mauritaniam & Numidiam sunt, montibus soluens, ut flumina illic ad crescent, paratione effiat, ut Democritus afferuit. Fit itaq; ut illic imbris exortis, hic solutis niueis, undæ per medias solitudines effluent, & uario flexu tandem corriuent, Nilumq; confertiant, ut ad tantam inundationem sufficiat: crescent uero sensim, prout illinc Sole latius abeunte, crebriores imbres fiunt, buc uero magis accidente eò uehementius niues soluuntur. Hoc, Sole geminos tenente, fieri potest: quanquam in Cancro primum Aegypto reddantur aquæ, fluxus enim longissimus est, & perpetuis ambagibus suspenditur. In Leone ergo est abundantissimus, aquis utring; ingruitibus: in Virgine decresat, quod tum Sol declinationem citius uariat, in aequatore immensus, & meridianam plagam, quæ intra tropicum Capricorni est, & tu rursum premens, imbriumq; materiam exurens: in Libra enim iam residet, ut Plin. scribit. Addo quod amnis fluxus uariatur, prout imbres niuesq; utring; ut apud nos quoq; fit, eo anno ualuerint. Hæc mea est de Nili incremento sententia. Eudoxi Aegyptij sacerdotis, omni testimonio præstantissimi Philosophi, autoritate fulta: hic enim, ut in philosophorum placitis Plutarchus tradit, causam crescentis Nili in pluuias aquas refert, anniq; temporum antiparistastin, quam circumobſistentian Budeus translulit. Etenim cum nobis, ait, est aestas, qui sub solstitali circulo agimus: tunc illis hyems est, qui sub brumali ad perpendicularum incolunt: propterea Nili aqua alueos superans expatiatur per Aegyptum. Possum uero admittere diuersa sententem, dummodo æquè uero similia referat: quin & illud pati, ut quod imperitorum mos habet, mendacia quis dicat: si enim hæc mendacia sunt, in illo sunt genere mendaciorum, quorum causa non os praecindi (ut Senecæ uerbis utar) nō oculi erui solent, immo que maximam habeant frugem. Non me preterit quid Ephorus, quid Timæus opinatus sit: de eis alterum iudicium esto, ego neutrum sequor. Nec ignoro pleraq; de Nilo & eius origine Ammianū scripsisse, libro

historiarum. 22. sed supra Etesiarum flatum, et Iubæ historiam nihil attulisse noui. Ridendum uero, quod Herodotus tradit libro secundo in hec uerba: Quod si finium ad cœli situs immutaretur, ut ubi nunc Aquilo situs est & hyems, ibi Auster situs esset & meridie: & ubi Auster, illic Aquilo collocatus esset. Si haec ita haberent, profecto amotus sol è medio cœlo sub hyemem & aquilonem mearet supra Europam, quemadmodum nunc supra Africam, pertransiens nobis omnē Europā, faceret (opinor) eadem in Istro, quæ nunc facit in Nilo. Hæc Herod. tanquam Solis excursus in meridiem nullo limite cohibeatur, et tanquam Africa cœlo uerso, & mutatis polis, non sub tropicis, ut nunc est, mansura esset. Posset uero unquam fieri, ut in Europam ascenderet Sol: aut alia in regione tropicus Capricorni statueretur, quam ante Cancri parallelus fuisset? etiam si mundus, ut ille imaginatus est, uerteretur. Ut

Herodoti re
denda phant
asia.

his terris mira sunt. In quodā lacu ^a Chemnis insula, lucos sylvasq; & Apollinis grande sustinens tem-
plum natat, & quocunque venti agunt pellitur. ^b Py-
ramides ^c tricenum pedum lapidibus extructæ, qua-
rum maxima (tres nāq; sunt) quatuor fere soli ^d iuge-
hec interim missa faciamus, annotandū inter principia duxerim: Nilū aliquando nouem annis nō intumuisse, ex C. Ili-
machi autoritate: qui fidem meretur ob patriam, nam Cyrenaicus fuit. Vnde illud est Ouidij libro de arte amandi pri-
mo: Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua Imbribus, atque annis sicca fuisse nouem. Moses Genesis. 41. cap. ste-
rilitatis meminit septem annorum, quam Ioseph predixerat, toto orbe frequenti fame: quanquam nulla Nili mentione
facta. Sed & præ sagum minimo defluxu suo fuisse eum constat anno quo Pompeius illuc perire, uana uetus statis super-
stio afferere fuit ausa, sicut in decimo & undecimo anno regni Cleopatræ, quum non defluxisset, creditum est im-
perij eius Antonijq; defectionem Nilo uate portendi: quasi uero tanti fuerit amplissimis elementis trium homuntionum
interitus. Credidit Albertus (si modo illud opus Alberti est) libro sententiarum secundo, distinctione. 17. in fine, & in
eo ipso loco Marsilius, bis in anno Aegyptum irrigari: quorum sententia, nulla prorsus nec autoritate, nec ratione
natur. An uero è paradise fluat, & quomodo id accipiendum, obiter alibi referemus. De Nilo hactenus, ac fortasse
longius, quam desiderat ratio: at nil mirabuntur studiosi, si Eudoxum, & Aristonem Peripateticos authore Strabo
ne libros de Nilo seorsum edidisse, intelligent. ^a Chemnis insula. Herod.lib. 2. Echemnum nominat, nihil diuer-
so uocabulo. Cur uero natet, idē rationē affert, ex Aegyptiorum sententia, quā libens omitto. Nam Herod. Ego (in-
quit) eam neq; innatantem uidi, neq; se mouentem: & hoc audire admiratus sum, si uerum est insulam nature posse.
Hec ita scripsit tanquam dubitet naturae insulas posse. Ego me hercle nil ambigo: nam Seneca grauis author, lib. nat.
q. 3. insulas in Lydia plerasq; quarum lapides pumicosi sunt, & leues, natare ait, authore Theophrasto. Idem, Ipse
(inquit) ad Cutiliam, natantem insulam uidi: & alia in Vadimonis lacu uechitur, alia in Stationensi est &c. Hunc se-
quutus Plin.lib. 2. cap. 77. Ad Cutilias, inquit, aquas opaca sylua, que nunquam die ac noctu eodem loco uisitatur. Idē
in Lydiæ lacu Nymphæo, Calaminas dictas adeò mobiles esse scribit, ut non uenit solum, sed conto etiam quò libeat
impellantur. Senecæ uerba iam nunc citata, in omnibus quæ uiderim exemplaribus uitiosa, Hermolaus propè uniuersa
correxit in capitib; Plinianii citati annotamentis. In eodem lacu saltares sunt, ita dictæ, quoniam in symphonie cantu
adictis modulantium pedum mouentur, author Plin. Non possum non reponere Capellæ uerba, quæ de ijsdem ex no-
no libro hæc sunt: In Lydia Nymphaeum insulas dicunt, quas etiam recentior afferentum Varro se uidisse testatur,
que in medium stagnum à continente proædentes, cantu tibiarum primo in arcu motæ, dehinc ad littora reuertit-
tur. Hactenus Martianus. ^b Pyramides. Hæ in Aegypto nil aliud fuerunt, quam regum pecuniae ociosa et stu-
ta ostentatio, ut Plin. ait. Nā faciendi eas causam fuisse pleriq; tradiderunt, ne pecuniam successoribus aut emulis in-
sidiantibus præberent. Plures in Aegypto passim extiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis, quarum Pomp. memi-
nit, que orbem impleuere fama, conspicuæ undiq; ad nauigantibus, sitæ in parte Africæ, monte saxeo steriliq; inter
Memphim oppidum & Delta. T V R R E S autem sunt (Solin. inquit) fastigiatæ ultra excelsitatem omnem, que ma-
nu fieri possit. Nostri hodie quoque propè paribus expensis, ac pari uanitate ad sacras ædes illas extruunt: in quibus
plus multo ostentationis est, quam utilitatis. Due uero per Germaniam maxime celebres: ea que Vienne Austria est,
arte & altitudine insignis: & illa Argentoracensis, mole quidem uastior, uerum imparis cum illa elegantia. Pleriq;
in Palæstina, & Aegyptu religionis gratia itinerantes, illam altiore turrim Babylonis existimant, nec tūtq; fabulas,
adireb; ob uermiū illic immanitatem non posse. At constat Babylonem ab Aegypto tota Arabia & Syria intermedia
sciungi. Quanquam scio, Babylonem munitissimum castellum in Aegypto haud longe ab Heliopoli esse Straboni, si
forsitan ab hoc ipso cognominarint. ^c Tricenum pedum. Triginta pedum crassitudinis, ex tantis enim frustis con-
stabant Pyramides, & Obelisci paris forme ex solidi saxe siebant. Ideo Marcellinus lib. 17. Obeliscus, inquit, lapis
asperimus est in figuram metæ cuiusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam, ut quæ radium imitetur, gra-
cilescens paulisper specie quadrata in uerticem productus angustum, manu levigatus artificis &c. ^d Iugera. In
iugero. 140. pedes insunt. Plin. amplissima, inquit, octo iugera continent soli, quatuor angulorum paribus interuallis
per octingentes octoginta tres pedes singulorum laterum altitudo, à cacumine pedes uigintiquinque. Herodotus quo-
que secundo libro 8. iugerum altitudinis meminit. Strabo libro ultimo iuxta Labyrinthum Pyramidem, qua rex Imā-
des conditus fuerit, quadrijuerum esse scribit per singula latera: Plin. maiorem Pyramidem à 340. hominum milli-
bus annis. 20. extructam esse refert: intus uero putum habere octoginta sex cubitorum altum, quo flumen admisum

Ouidius.

Nilus præ
fagus.

Albertus.
Marsilius.

Insulae natā
tes.

Seneca emē/
datus.
Capella.

Pyramides.

Turres.

Babylon in
Aegypto.

Obeliscus qd

Mœris lacus arbitrantur. Plerosq; uero obeliscos, & alia magnifica Cambyses ille immanis & alieni cupidus, dum Aegyptum ingressus est, & quauit solo. Scripserunt de his, quos equidē uiderim, Plin. 12. cap. lib. 30. Strabo, Solinus, Herodo. Martial. Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis. non indigna lectu Marcellinus libro 22. *a* Mœris. De illo quoque & Plin. & Strabo in primis: sed in hoc obseruanti mibi diuersi sunt, quod olim campum, nunc autem lacum esse Pompo. inquit: Plinius uero olim lacum fuisse, nunc campum uel fossam grandem esse. Et constat tamen Pomponium & Plinium uno aliquo tempore floruisse: ut uerisimile non sit, adeo mutatum locum breui tempore. Plinius uerba libr. 5.

b hæc sunt: Inter Arsinoeten autem & Memphis lacus fuit circuitu. 250. millium passuum, aut ut Mutianus tradit. 450. mil. et altitudine. 50. passu. manu factus, à rege qui fecerat Mœridis appellatus. Idem. 36. lib. inquit, fuit Mœridis lacus, hoc est fossa gradis. Diod. libro secundo: Permansit, inquit, hoc stagnum summa Aegyptiorū utilitate, usque ad nostram etatem à conditore Myride appellatum. Floruit hic sub Augusto. Ceterum, Mœridem, Muridem, & Myridem, diuersis appellari, iam ex Heremolao notum est. *b* Labyrinthus. Fallitur qui Labyrinthos omnino subterraneos fuisse existimant. Nam Cryptæ ille tot ambagibus intortæ, tam multiplici flexu uarie sub terra posite, maximas regias sustinuerūt. *λαβύρινθος* græci lacum uiarū ambagibus uariū dicunt. Quatuor esse totu or=

Labyrinthus.

Labyrinthi quatuor insig[n]es.

Ioannes Stabius Mathe-
maticus.

Nota.

Cedrum.
Succus ce-
drius.

ra, sua sede occupat, totidem in altitudinem erigitur. *a* Mœris aliquando campus, nunc lacus, viginti milia passuum in circuitu patens, altior quam ad nauis gandum magnis, onustisque nauibus satis. Psammetchi opus *b* Labyrinthus *c* domos mille, et regias duodecim *d* perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore extructus ac tectus, vnum in se descensum habet, *e* intus pene innumerabiles vias multis ambagibus huc & illuc remeantibus, sed *f* continuo anfractu, et saepe reuocatis *g* porticibus ancipites: quibus *h* subinde tandem super alios orbem agentibus, & subinde tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno & inexplicabili tamen *i* errore perplexus est. *k* Cultores regionum multo aliter a ceteris agunt, mortuos *l* simo obliti plangunt, nec cremare aut fodere fas putant: verum *m* arte medicatos intra penetralia col-

be insignes Plinius docet: hunc Aegyptium omnium maximum, & portentosissimum humani ingenij opus: de quo hic Mela. Creticus arte maxime spectabilis, cuius Ouidius libro transfor. 8. meminit. Lemnius columnarū nitore insignis: & quartus Italicus à Porsenna Hetruscorum rege sepulchri causa extructus: de quibus nemo Plinio uberior retulit, capite tredecimo libri. 36. in quo de Labyrinthis. Pomponius Herodotum scatus Psammetchi esse ait, de cuius regno libro secundo, hic à uero non admodum aliena scribit. Strabo libro ultimo, & Plini. loco iam citato, à uetusissimis regibus Aegyptium inceptum, à Psammeticho tandem ampliorem factum scribunt. Creticus centesimam tantum portionem eius, qui in Aegypto est, continet. Si quis plura noscere cupit, Plinium adeat, qui uere uesanam illam fuisse dementiam scribit, quæfuisse gloriam impendio nulli profuturo: præterea fatigasse regni uires, cum tamen laus maior artificis esset. Labyrinthi autem formas, quibusque flexibus figura Trigona, quadrangulari, & rotunda strui queant, editis ut sic dicam Iconibus, iam pridem docuit Ioannes Stabius Austriacus Mathematicus, maximus ingenij homo, & cui neminem in acute iudicando, simul & inueniendo, recte prætuleris. *c* Domos. aliud dorsum, aliud regiā intelligimus: quanquam ita accipi potest, regas duodecim domos mille adnexas habere, quibus consistunt. Strabo libro ultimo scribit per cryptam egressis uigintiseptem regias ordine sitas, obuiam fieri. Mirumque illud, quod cuiusque domus tabulata, & cryptæ latitudo ex pluteis lapideis integris, & magnitudine excellentibus constat, nulla usquam nec ligni, nec alterius materiae admixtione. *d* Perpetuo. continuo. *e* Intus. intra uestibulum cryptæ. *f* Continuo. subinde flexo. *g* Porticibus. cauis illis meatibus. *h* Subinde. frequenter. *i* Errore. Strabo cryptæ, inquit, quedam multæ, ac longæ, quæ inter se vias flexuosas habent, ut nemo per regrinus ingredi aulam ullam possit, nec egredi sine duce &c. quibus uerbis innuit, per cryptas in aulas ingredi consueuisse reges, regumq; familiares: ideoque perplexas itineris ambages factas, ne peregrinis facilis esset in regum conspectum aditus. *k* Cultores. De his propè immensum esset prosequi. Et sunt ad fastidium usque copiosi, libro secundo Herodotus, Strabo ultimo libro, & libro secundo Diodorus. *l* Fimo obliuti. Herodotus libro secundo: Quibusunque domesticis aliquis decessit, homo alicuius momenti, ibi omnis muliebris sexus familia caput sibi & uultum oblinuit luto: deinde relicto domi cadavere, ipse per urbem uagantes se plangunt, succinctæ, nudatis manus, & cum eis proxime queq; altera ex parte, uiri & ipsi expectorati se uerberant: his actis ita demum ad condendum portant. ID VERO memoratu dignum est, in conuicijs eorum celebribus esse, qui defuncti cuiuspiam simulacrum bicubitale, iconicos effigiatum circumfert, ostendensque singulis conuicularum ait: In hunc intuens post oblectare, talis post mortem futurus. Herodotus author. *m* Arte medicatos. Plini. 16. lib. scribit in Syria picis genus cedrum uocari, cuius tanta uis est, ut in Aegypto corpora hominum defunctorum eo perfuso seruentur. Consimilis ingenij est aloë, quod recentiores medici succocitrinum nominant, contra putrefactionem praeservans: ac nescio quidem an idem sit cum cedrio, quasi corrupto uocabulo succocedrum dictum: ut gummi hodie Armoniacum

Armoniacum propè omnes nominant, quod Plin. & Solino Hammonicum dicitur à loco, nam supra Cyrenas ad Hā monis regionem prouenit, de illo nihil statuo: quanquam constat cedri picem esse, & cedrium crudam cedri lachrymam, qua utuntur in asseruandis hominum corporibus, sicut primo libro Corollarij explicuit Hermola. Multa Diodo de cadauerum in Aegypto condendorum cura lib. 2. a Peruerse. Retro ducento, ut Hebræi solent, quos Aegyptum tenuisse ritus indicant. Nam ut Hebræi, circunciduntur, sacerdotes lineis utuntur uestibus, capite raso:

Gumi hāmo nicum.

locant. Suis literis ^a peruerse vtuntur. ^b Lutum inter manus, farinam calcibus subigunt. ^c Forum ac nego cia fœminæ, viri pensa ac domos curant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. ^d Parētes cum egēt, e illis necesse est, f his liberum est alere. ^g Cibos palā, & extra sua tecta capiunt, obſcōna intimis ædiū red dūt. ^h Colūt effigies multorum animalium, atq; ipsa magis animalia, sed alijs alia, adeo ut quædam eorum etiam per imprudētiā interemisse, ⁱ capitale sit. Et ubi morbo, aut forte extincta sint, ^k sepelire, ac lugere

pleriq; uerò & nudis pedibus incidentes, authore Strabone. Notum est in Aegypto mortuos esse Iacob & Ioseph: post cuius mortē populus dei mirifice crevit in Aegypto centum quadraginta quinque annis: nato postea Moysē, qui è seruitute Aegyptiaca cum ipsum Idololatriam fugiens liberavit, ut lib. 18. ciuitatis dei Augustinus scribit. b Lutum inter manus. Herod. authore est, quem uere id afferere Strabo libr. ultimo testatur: Verūmque est, inquit, & illud Herodoti Aegyptiorum esse, iutū manibus tractare: massam uerò ex qua panis fit, pedibus. c Forum. More omnino nostris contrario. Addit Herodo.

Fœminæ fo rū curant.

In Aegypto ſpurium esse nil obest.

Sues despeſ eti.

Hircus ſat cer.

Iuuensis.

fœminas stantes mingere, uiros sedentes. Ex quibus conieclura est, molles planè & emasculatos Aegyptios fuſſe: nam muliebrem illorum animum innumera ſuperftiō docet, d Parentes. Ex Herodoto deprompsit, qui ſic ait: Alendi parentes filijs, nulla uolentibus filiabus, & ut nolunt, ſumma neceſſitas eſt. e Illis. Fœmellis filiabus. f His uiris filijs. Scribit Diodorus in Aegypto ſpurium omni prorsus carere nota: ſingulos uerò plures, ut libet uxores habere. Sacerdotes ſolos ut una contenti ſint officio cogi. Que res & à nostris hodie omnino diuersa moribunt. g Cibos palā. Herod. Ventrem domi exonerant, exterius in uīs comedunt. Illud eleganter, obſcōna reddere Pomponius nominat. h Colunt effigies. Quicquid apud Aegyptios boni ſpeciem p̄rfeſe tulit, id diuinitatē obtinuit: p̄terea multa noxia, ne obeffent, uenerati ſunt. Cauſas tantæ uanitatis non indiligerent Eusebius primo capi. 2. lib. affert. Plinius eſt author capi. 6. decimi noni lib. Aegyptum allium, & cœpas inter deos iureiurando habere. Iosephus item lib. 1. contra Appionem: Aegyptiorum, inquit, ſolennes dij ſunt bos, hircus, & crocodilus. Sueſ iudeorum more ita habent deſpeſtū, ut ſi quis uel tranſeundo attigerit, abeat lotum ſeſe cum iipſis uerſtimentis ad flumen. Eam ob rem ſoli omnium ſubulci in Aegypto, & ſi indigenæ, tamen nullum intrant templum, nemōque aut filiam cuiquam eorum nuptum dare uult, aut cuiuspiam eorum filiam in matrimonium ducere. Hero. author. De boue inſra dicemus. Hirām ſcribit Strabo libro ultimo in Hermopoli & Mendete coli, ubi hircos miſceri mulieribus Pindarus fabulatus eſt: Et laſciui mulieribus admiſcentur hirci. Herod. caprarios pastores magno honore à Men desijſ affici ſcribit. Vocatur autem, inquit, hircus & Pan Aegyptiace Mendes, unde & oppido nomen eſt. Mirum uero tantum hyſtoricum id pro uero ſubiungere auſum? In hac, inquit, regione contigit hoc mea memoria prodigiū: hirām cum muliere coiuit propalam, quod in ostentationem hominum peruenit. Sunt autem immodice laſciui hirci, etiam ſi homines ſint. Vnde hircina libido pro immodica Apuleio dicta, & hirquitalli libidinosi, & tate p̄ſertim pueri, ubi incipit ualle ſub alarum trux habitare caper, ſicut ait Catullus. De Crocodilis Strabo, qui aum Aelio Gallo p̄fectoro in Aegyptum nauigauit, inter multa hec ſcribit. In Arsinoite p̄fectura mīrū in modum colitur Crocodilus: & eſt ſacer apud eos in lau quodam ſcorſum nutritus, et ſacerdotibus mansuetus, Suchus uocatur. Nutritur autem pane, carne, & uino, q̄ à peregrinis afferuntur ad huiusmodi ſpectaculum uenientibus. Hospes itaque uir, inquit, inter alios honoratiſsimus, qui nobis ſacra commoniſtrabat ad lacum ueniens, placentulam, & carnem affam, et quoddam mulſi uſculum ex coena attulit. Beluam in ripa lacus inuenimus: ex ſacerdotibus alijs eius aperuerūt, alijs bellaria imposuit, poſtea carnem, deinde mulſum iniecit. Ille in lacum exiliens, in ulteriore partem traiecit. Sed cum alijs hospes & ſimiliter primitias attuliffet, curſu lacum circuneuntes itidem inuenito Crocodilo obtulerunt. Hec uidiffe ſe Strabo afferit, qui de innumeris alijs, quæ ab illis coluntur, mentionem facit, quemadmodum Herodotus, & Diodor. Iuuenal. Satyr. 15. Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens Aegyptius portenta colat? Crocodilon adorat Pars hæc, illa paueſ ſaturam ſerpentibus Ibin. Effigies ſacri nitet aurea Cercopithecī, & reliqua. Inde tot in Aegypto ciuitatibus ab animalibus, quæ uenerantur, data nomina ſunt. Id ex Herodo. duxerim notandum: mulierem nullam nec Deæ, nec Dei ſacerdotem eſſe, uiros deorum omnium. Præterea, uirilia prout contigerunt, alijs eſſe permittunt, qui quicquam ab eis didicerunt, hos circuncidunt. Paulus quoq; à ſacrorum administratione multiores arcet. i Capitale ſit. Scribit Diodorus hominem quendam Romanū, ſelem per imprudentiam in Aegypto, eo tempore, quo ſumma Romanis illuc dignitas eſſet, interfeciffe. Plebem autem id reſiſcentem, in eius domum tanto impetu pro ultione ſumenda irruiffe, ut nec regijs ad id miſſis principibus, nec Romanorum potentia auerti potuerim, quo minus de homine ſumpſiſſent poenam. k Sepelire. Cum aliquod animal ex eorum numero, quæ uene-

rantur

Apis bos.

vantur, moritur, sindone coniectum cum ululatu pectus percutientes, sale limiunt: ac cedri liquore, unguentisq; odoriferis, quod diutius seruet corpus, unctum in sacris locis sepeliunt. Diodo. author. **a** Apis populorum omnium numen est. Eusebius bouem, hoc est apim in Aegypto coli coepit autem, propter Iohannam in bouem mutatam: quanquam in Chronicis aliud refert. Apis autem bos est diuersis genialium notarum figuris expressus, maximèque omnium corniculantis Lunæ species lateri dextro insignis: qui cum post uiuendi spatium præstitutum, sacro fonte immersus è uita abierit (nec enim ultra cum trahere licet etatem, quam secreta mysticorum librorum authoritas prescribit) necatur Io Inachi, bos foemina, & cum uotis certis offertur: quo perempto, alius cum publico queritur luctu: & si omnibus signis consumatis reperiri potuerit, defertur Memphis urbem præstatam, frequentiaque numeris Asclepij claram. Cumque initiante antistitum numero cetur, inductus in thalamum, esse coepit facer, coniecturis aperiens signa rerum futurarum dicitur monstrare: & adeentes quosdam indicijs auersari uidetur obliquis, ut offerentem cibum aliquando Germanicum Cæsarem (sicut lectum est) auersatus portenderat paulò post euentura. Hæc ex Marcellini lib. 22. Stra. lib. ultimo. In Memphique alia à Memphi ciuitas est, uaccam sacram ali solere scribit: sicut Heliopoli Mneuin bouem uenerantur, cuius & Euseb. meminit, Ammianus Meuium nominat, nisi uiciatus codex est. De Apis multa admodum digna lectio Stra. lib. ulti. Plin. capite. 46. octauij libri: Memphi, inquit, est locus in Nilo, quem à figura uocant Phialam, omnibus annis ibi auream pateram, argenteāque mergunt: septem hi sunt, mirumq; neminem per eos à Crocodilis attingi: octauo post horam diei sextam redire belue feritatem. Meminerunt eius bonis Suetonius in Tito Vespasiano, Spartacus in Hadriano, Soli. Herodo. ceteri. Macrobius per eum, Solem intelligit. Augustinus Apim Arguorum regem aliquando in Aegypto mortuum esse scribit lib. 18. Ciuitatis dei. Hanc uanitatem olim populus Iudaicus fecitus, uitulum sibi conflatilem fecit, & adorauit. **b** Ipsi uetustissimi. Scribit libro secundo præparationis Euangel. Eusebius: Aegyptios asserere in rerum omnium origine primum apud eos homines productos, partim propter cœli tempesrantiam, partim propter Nili fœcunditatem, qui humanas etiam effigies moliatur, ut supra. Reuera tamen eos ueruissimos esse, uel ueteris instrumenti fides indicat. Dignum est scitu quod Herodotus scribit in Euterpe. Psammetichi temporibus anxie de uetusitate Aegyptiorum perquisitum esse, quod Phryges uetustiores esse sece contendenter. Infantes igitur humili generu natos, pastori educandos tradidit, ea conditione, ne uerbum quidem quisquam coram ipsis hisceret. In casa illi solitaria educati, & tum lacte caprino, tum cibarijs alijs postquam creuerunt, fotis, & adusque bimatum retenti sunt. Contigit deinde ut pastore, qui hec administrabat, ianuam aperiente, atque intrante, ambo infantes porrectis manibus procidentes Beccus clamarent. Ea uox sepe repetita ad Psammetichi aures delata est, qui sciscitans mortales, ne aliqui hoc nomine quicquam significarent, comperit tandem Phrygas sic panem adpellare. Atque hoc indicio, Phrygibus Aegyptijs ut prioribus cesserunt. Hinc illud est Claudiani libro contra Eutropium. 2. Dat cuncta uetus Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius ultra Restitit, humani postquam puer uberis expers, In Phrygiam primum laxauit murmura uocem. Lactanius Placidus, Statij interpretes, apud eundem in quarto Thebaidos, hanc contentionem inter Arcadas luna se uetustiores esse iactantes, & Phrygas suisse scribit. Iustin. lib. 2. Scythas & Aegyptios contendisse ait, & primos homines Scythiae tribuit, Plato Attice, Hebrei & Christiani Paradi so: que quānam terrae parte sita sit, etiamnum queritur. **c** Amasim. De hoc Lucanus libro nono. Non mihi Pyramidum tumulis euulsus Amasis. Hic authore Eusebio, Dinastie decimæ octauæ rex tertius fuit, anno mundi. 3480. Vnde coniectura euidentis esse potest, multis ante eum reges floruisse. Non præteriorim hoc loco, Aegyptios aliquando reges suos omnes Pharaones nominasse, sicut postea Ptolemeos, ut imperatores nostri Cæsares dicuntur. Ea causa Augustinus octauo capi. libr. de ciuitate Dei decimi, Pharaonem regem Aegypti interpretatur. Ille autem qui Moses persecutus est populum Israël ex Aegypto ducentem, Cenchres Pharaon dictus est, authore in Chronicis Eusebio. Iosepho ærit Techmosis dicitur, et nonnullis Amasis. Authore enim Appione Polyhistore, cuius meminit Gellius, Iudei, qui iam olim Aegypto potiebantur, Amaside regnante, duce Mose ab Aegyptijs descerunt, Eusebio alicubi authore. Addo & hoc: Barbaros uocasse Aegyptios omnes eos, qui lingua sua non loquerentur, Herodoto authore. **d** Tredecim millium. Discordat in numero ab Herodoto, ex quo tamen hec de propria uideatur. Nam hic secundo libro, nisi corrupta est lectione, mille trecentorum & quadraginta annorum meminit, in eo uero quater Solem præter consuetudinem suisse ortum ait: bis quidem illic exortum, ubi nunc occidit, bis autem unde nunc oritur, illuc occidit. Et de annis quidem dubitari posset, eò quod annum dierum triginta apud Aegyptios suisse Plinius afferit. Si ita accipimus, nulla uetus est, nec dignum tempus cuius mentio fiat: essent enim annorum nostrorum mille octoginta tres plus minus, & menses quatuor. Ceterum, quod scribit quater per id tempus uertisse sydera, necesse est ut duodecim mensium annum intelligamus: cum ne hoc quidem modo tot anni ad tantam mutationem syderum quadrat, ut iam

Mirum.

Vitulus conflatilis.

Pulchra by/ storia.

Claudianus.

Pharaones.

ut iam nunc exponam. Annū autem & hunc in Aegypto cœpisse ex Strabone constat, qui libro ultimo. 365. dies in anni complementum tradidisse eos scribit: mox Græcos, apud quos annus eo tempore ignorabatur, ab illis didicisse, multis sacerdotum monumentis in Græcam linguam translatis. a Quater uertisse. Quo motu? Si motu quo existimatur octaua sphæra in. 100. annis uno gradu ferè mutari respectu sphæra nonæ? desiderabit ea cōuersio tri- Motus octa
ux sphærae.

teris seruant, dum Aegyptij sunt, quater cursus suos vertisse sydera, ac Solem bis iam occidisse, vnde

stiores habuerunt, & uariant etiamnum recentiores. Nec dubium est tanten, ex dili-

Anni magni
explicatio.

genti motus orbium obseruatione isthuc

scire posse, cum sit deprehensum octauam

sphæra proprio nisu moueri contra motu-

Georgius
Collimitius
mathematicus.

Andreas Sti-
borius ma-
thematicus.

primi, ut uocant, mobilis, ab occasu in ortum uersus: ne quis fabulosa putet Platonis ueterumque placita, quod ita fieri, quantum ad cœli motum attinet, non possit. Sed hac causa magis, quod Christiana religione, ut diuersum nobis persuadeamus, arcemur. Statuanus autem, gratia exempli, aliquam stellam fixam in certo gradu nonæ sphærae hoc nostro seculo oriri & occidere, illa post centum propè annos, cum alio gradu & sequente, orietur & occidet, ob motu- niam dictum: & quia arculo. 360. gradus respondent, & singulis seculis, hoc est singulis annis centenis, in singu- los gradus illa mouetur: consequens est, ut prædicta fixa stella sub eum gradum nonæ sphærae, cum quo hodie ori- tur, occidiq; non perueniat nisi. 36. millibus annorum exactis: tanto enim tempore illa fit syderum conuersio. Nec uero me præterit esse recentiores, qui id annis. 49. millibus eueniare afferant, propter motum trepidationis, siue re- nisionis octauæ sphærae in paruis circulis super capitibus Arietis & Libræ descriptis. Quid uero proportionis est an norum tredecim millium ad numerū conuersionis prædictū? Addo quod hoc modo nō contingit, quod aliquo tempore Sol ibi oriatur ubi prius occidit: quounque enim gradu oritur, in eodem occidit. Quid igitur? Quando me torfit lo- cus ille (uelo equidem faceri per quos profecerim) & Chalcographi in postulandis schedis meis (simul enim domi & in officina Chalcographaria hic noster commentarius cudebatur) molesti admodum essent, ad Georgium festinaui Collimitium clarissimum Mathematicum: cui quicquid in me rudimentorum est, ad Astronomica illa attinentium, acceptum ingenue refiero. Qui uiso Pomponij loco, quo premi me nonnihil querebar, codicem protulit eius authoris per emendatum, quo in interpretandis Mele libris usus est Andreas Stiborius Boius, ordinarius aliquando Vienne Ma- thematicæ professor, homo dum in uita fuit, citra controuersiam doctissimus, cui proximis annis Collimitius Cæsareus & Physicus & Mathematicus, auctiori facto stipendio, successit. In eius codicis margine scholia quædam adscri- pserant, que cum intuitus esset Collimitius, in hanc sententiam retulit: Videri sibi ex Pomponij & Herodoti uerbis, mirabilem quandam motus rationem Aegyptios illos scatos esse, qui id eueniire putarint, ut ab eo aliquando latere Sol occideret, unde prius ortus est, conuersione syderum facta. Nec alio id modo fieri posse, quam si persuadeamus nobis octauam sphæram moueri, super axe Zenith æquinoctialis, terra stante, ad totam sui conuersionem: quo posis- to & concebo, non difficile esse aiebat, id intelligere quod Aegyptij aliquando afferuissent, & Pomponius refer- ret. Talem autem motum in excursu annorum plus minus trium milliū eos distribuisse uideri. Verum repugnare hoc & contrauenire sibi ostendebat, ut Sol bis tantum ortus fuerit, ubi nunc occidit, aut è regione, & interim quater- nam conuersionem esse factam: magno arguento, falsa esse quæ illi tradidissent: Nam si quater uersa sydera es- sent, necesse erat Solis ortum occasumq; similiter quater mutatum esse. HANC opinionem minime ueram, ad Me- le tamen locam explicandum mire efficacem, cum ego exultans probassem, aliam mihi perquam auide inquirenti rea- censuit: Videri posse uidelicet, moueri mundum super axe ueri orientis: quo proposito, ex huiusmodi imaginatione sequi dicebat, ut intelligeretur per huiusmodi motum, omni parallelo uerticalem aliquando futurum Solem: quod ip- sum ita esse, demonstrabat. Allusisse autem ad talem rationem motus Herodotum existimabat, qui secundo libro scri- psit: Solem eadem super Istro suscitaturum, quæ hodie super Nilo suscitatur, si fines uerterentur mundi, & in ea pars statueretur Aquilo, quam hodie tenet Auster, de qua re nos supra retulimus. Tali autem motu tametsi sydera uerti- contingent, Sol tamen non nisi una in parte oriretur & occideret, id quod patet ex sphærae inspectione. SED fal- sa illa omnia, inquit, quæ ad fictos motus attinent, quis nescit? nec religioni tantum nostræ, sed receptissimorum eti- am scriptorum autoritatæ aduersa, tum & experientia, obseruatione, & demonstrationibus certissimis confutata. Adiecit hoc quoque, quod utrisque iam dictis motibus, si quo modo possibile foret esse eos, accideret, ut cuilibet por- tionis terre, quodlibet cœli punctum aliquando uerticale fieret: Vnde nulli mirum esset, transmutationes regionum, morum, legum, aliorumque huiusmodi perpetuo uariari. Ita ut in septimo climate ea quandoque futura esset elemen- torum, & quæ ex ipsis constant, natura, quæ hodie de Callicuto, Taprobane, aureoue Cherroneo comperta est. Postremo affirmabat, quod per pulchra esset recentiorum imaginatio de motu octauæ sphærae in paruis circulis su- per capitibus Arietis & Libræ descriptis: qui motus re ipsa existens, utriusq; cuius meminerit conficti motus, para- itm quādā teneret: quod mihi instrumento æreo quādā, quo paruos circulos illos uidere erat, apertissime ostēdebat. IAM constat posteriores Aegyptios multū à maiorū studijs et seueritate degenerasse: inq; hoc gloriādi genere ad- modū iactanticulos fuisse, ut non iniuria Phlegon Hadriani libertus, in quadā epistola genus illic hominū uanissimum esse dixerit, ut ex Saturnini uita, quæ Spartiano ascribitur, lib. 12. Crinitus adnotauit. Spartianus certe ī Aemiliano: Familiare, inquit, est populo Aegyptiorum, ut uelut furiosi ac dementes de leuisibus quibusque ad summa reipublicæ discrimina

Aegyptij de-
generes.

discrimina perducatur. Sepe illi ob neglectas salutationes, locum in balneis non concessum, carnem & olera sequentes, calceamenta seruilia, & cetera talia usque ad summum R.P. discriminem seditionum ita ut armaretur contra eos exercitus, permouerunt. Adeo plerunq; ubi amplissimis uirtutibus locus est, grandia uitia iuxta eminet. ^a Viginti nullia. In Delta. 250. urbes fuisse Martianus scribit. Ceterum quod ait, habitarunt, intelligo tot urbes extra intraq; Aegypti limites eos tenuisse, alioqui res uix capit fidem. Nam Capella Martianus libro sexto, quinque nullia oppidorum Indos habitasse refert: & ter

Polybius.

re tamen propè tertia pars credita est. Imperio igitur rectius quam, terra Aegyptiorum tot urbes tribuimus. Plinius quoque libro. 5. Aegyptus, inquit, supra cetera antiquitatis gloriam. 20. nullibus urbiū, ibi Amase regnante, habitata prefertur. Strabo libro ultimo ad Thebas Aegyptias scribit obeliscos esse, quorum uetustissimis literis, quanta regum illic potentia fuerit, declaretur: & imperium tenuisse eos usque ad Scythiam, Bactrianā, Indiamque, & que nunc Ionia dicitur, propagatum significare. Tributorum item & exercitus magnitudinem circiter decies centena millia. Quanquam & hoc nūbi horum iactantiae tribuendum uidetur. Nam Imperatores, & rerum gestarū scriptores, ut ornatiora efficiant negotia, ad hoc mentiendi genus aliquando efféruntur: ut libro. 3. scribit Strabo: Ita Polybius Celtiberorum in Hispania. 300. urbes à Tib. Graccho subuersas esse, in Gracchi gratiam memorie prodidit: illorum more qui triumphales pompas adparant, & pro singulis turribus, singulas urbes spectandas exhibent. Nam & Cicero in libro qui Brutus inscribitur, fatetur immodico illo laudationum genore Romanam historiam mendosorem factam esse: Multa enim, inquit, scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consolatus, genera etiam falsa, & ad plebem transitiones. &c. ^b Says. à qua Saytani Herodoto. ^c Memphis. Notissima ex Apidis culti uanitate, hodie Alcayrum nominari, & Sultani regiam esse ferunt. ^d Syene. Hæc Cancri tropico subiacet, ideo in meridie cum in initio Cancri Sol est, arresta corpora nullam faciunt umbram. Vnde illud Lucan. lib. 2. Atque umbras nusquam flectente Syene: ubi nusquam legendum, non, nunquam, ut Macrobius legit lib. Somniis secundo: nusquam enim dixit, id est in nulla parte, cū iūc radius ex meridiano per catheton incidat. Hinc & Strabonis illud libro ultimo de puto meridiei tempore umbra carente. ^e Bubastis. in hac Diane, quam Bubastin nominant, clarissimum templum fuit, & inter cetera maxime spectabile, ut in Euterpe scribit Herodotus.

Thebæ.

Iuncinalis.

Alexandria.

^f Elephants. Paulò infra minorem Cataractem sita est, ut supra. ^g Thebæ. hodie Diopolis, ut Strabo ait: meminit eius Homerus libr. Iliados nono. Plini. lib. 5. Thebæ, inquit, portarum centum fama nobilis, copiosa Arabicarum Indicarūunque mercium, Nilo proximum emporium. Multa de hac Diodorus & Strabo. A Busyride conditam uolunt. Hortum habuit pensilem, adeo amplum altumque, ut subtilis per immensos meatus exercitus emittere potuerint, uulgo id non sentiente: quod fabulosum Plinius existimat capi. 14. libri penulti. Demum collapsa, ut alia solent uetus state, etiam Strabonis temporibus uicatim inhabitata est. Iurinal. de hac Saty. 15. Atque uetus Thebæ centum iacet obruta portis. Quo loco centum portarum meminit, ad differentiam Boötice, que septem tantum insignibus portis memorabatur. Ideo Ouidius libr. met. 12. Vrbs erat & septem posses ostendere portas, Hæ pronomine erant. & c. De illis Aegyptijs Rufus ex Dionysio. Hic urbs est Thebe, Thebæ que moenibus altis Preçinxere larē Mē non, ubi Tithoneus Suspectat roscas auroræ matris habenas. & c. Quod ad Memnonem attinet, satis Strabo & Diodorus. Scribit libro secundo Tacitus, Germanicum Cesarem cum aliquando in Aegypto ageret, Thebas diuertisse, ubi in extuctis uetustissimis molibus literæ Aegyptie extitere, priorem urbis opulentiam complexe: quas è senioribus sacerdotibus unus interpretari patrio sermone iussus, retulit habitasse eam quondam septuaginta millia, etate militari, atque eo cum exercitu Rhamsen propè tota Asia potitum. Idem tradit, & ceteris miraculis Germanicum aximum intendisse, quarum præcipuum fuerit Memnonis saxea effigies: que ubi radijs Solis icta esset, sonum vocalem reddiderit. ^h Alexandria. Multa de clarissima urbe illa scribit libro decimo Egesippus, libro decimo septimo Diodorus: & quinto libro Plinius. Josephus contra Appionem libro primo tradit Alexandriam Ditis patris uetus stissimum templum habuissl, à Ptolemaeo extuctum primo illo Maedonum, scilicet qui opes Aegypti auctiones fecit, cuius multis libro uigesimo Tacitus meminit. Durat hodie celeberrimum omnium propè Europæ nationum Emporium, Indicas merces Arabico sinu & Nili fossis uarijs excipiens, & in omnes mediterranei maris oras distribuens. De Alexandria origine, alijsq; in ea insignibus Strabo libro decimo septimo: Alexandria, inquit. 22. libr. Marcellinus, uertex omnium est in Aegypto ciuitatum, quam multa nobilitant, & magnifica conditoris altissimi, & Architecti solertia Dinocratis, & infra paulo: Inibi auræ salubriter spirantes, aer tranquillus & clemens: atque ut periculum docuit, per uarias collectum etates nullo penè die incolentes hanc ciuitatem Solem serenum non uident. Scribit Hircius libr. bellorum ciuilium. 4. Alexandria ædificia sine contignatione, ac materia fuisse: qualia hodie quoque, ut audio, uisuntur structuris & fornicibus contenta, rectaque rudere aut paumentis, ideoque ab incendijs maxime tutæ. ⁱ Loxia est

xuxia est Pharia turris in hautarū salutem nocturnis ignibus flagrans: id enim, ut retulimus, importuosum littus est.

a Pelusium. Ab hoc oppido nomen est preterfluentī ostio. Strabo libro ultimo: Arabia inquit (Petream intelligens) inter Nilum iacet & sinum Arabicum, in cuius extremis partibus situm est Pelusium. Scribit Hircius, existimatum aliquando totam Aegyptum maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio uelut castris munitam fuisse. b Canopiam. In ostiorum Nili nominibus pulchre Plinio capit. 10. libr. 5. Strabo. libro ultimo, & lib. 22. Ammiano cum

Pharia turris.

Ostia Nili.

Africæ contermina. d Pelusium Arabiæ ipsas oras secat. b Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pathmiticum, Mendesium, Tanicum, Pelusiacum, Nilostia.

ARABIA.

 *Rabia d hīc ad Rubrū mare pertinet: sed illinc magis lēta et ditior, thure atq; odo ribus abundat: hic, nisi qua f Casio monte attollitur, g plana & sterilis, portum admittit h Azotum suarum mercium emporiū. Qua*

Pomponio conuenit, nisi quōd Heraclētiā, prēterito Canopico, Ammianus re censet, cuius & Seneca meminit ut insig nis, libro quarto nat. q. rationē Plin. red di his uerbis: Naucratū, unde ostium qui dam Naucratiam nominant, quod alij Heracleoticū, Canopico, cui sex nullibus pas suum proximum est, prēferentes. Hera cleoticum Tacitus his uerbis indicat libro secundo historie Auguste: Inde proximum annis os, dicatum Heracli, quem idigenæ apud se et antiquissimum perhibent, eosq; qui postea pari uirtute fuerint, in cognos mentum ascitos. Addit Plinius, minus prēcipuis ostijs adnumeratis. II. ostia reperi ri, superq; quatuor, quæ ipsi falsa ora ada

pellant, & Strab. Sunt, inquit, inter hec alia quædam ostiola ignobiliora, falsa ostiorum adpellatione: habent ingressus non tamen aptos magnis nauigis, sed scaphis, propterea quōd brevia & paludes loca obtinent. Non nihil ab aliis diversa libro secundo scripsit Herodotus. Omnibus uero ab insignibus oppidis imposita nomina: Ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis, à qua Taniticū Ptolemeus & Strabo deriuant. Plin. & in emendatis codicibus Pomponius Tanicum, & de quo supra retulimus, Pelusium. Hæc de Aegypto hactenus.

ARABIA.

 *Vicquid ultra Aegyptum in meridiem & brumalem ortum expositum est, Palestina, Phoenicia, Syria, Mesopotamia, & Babylonia exclusum, id uniuersum ad Arabas pertinet. Quorum regionem triplicem Ptolemeus fecit, Petream Arabiam eam nominans, que supra Palestinam ad Casium mon tem, & mare rubrum excurrit: nomen habet à Petra uetusq; mo oppido, de quo infra referebimur. Strabo libro decimo sexto, Nabatheam uocat. Aliam desertam, felici à meridie, à septentrione Syria*

Arabia ubiq;
Triplex Ara bia.

& Mesopotamiae parte terminat. Vtranq; tab. Asie. 4. describit Ptol. Plinius & Stra. Sceniten, & Arabas illic Sæni tas nominant, uagos & à tabernaculis cognominatos, quæ cilicis metantur, ubi libuit, auctore Plinio. nam σκηνή τὰ bernaculum significat, atq; inde Latinis scena pro umbraculo usurpatū. Virgilius Aeneid. primo: Tum syluis scena coruscis. Tertiam felicem nominat diuitem & beatæ cognomine inclytam, quæ peninsule forma inter Persicū et Araticum sinum in meridiē tendit: de qua tertio libro copiosius Pomponius: qui hoc loco plura ceu minus illustria præ

Sculus.

rigit. Seruius super illo Maronis libro Aeneid. primo: Centumq; Sabeo Thure calent aræ: Tres, inquit, sunt Arabiæ, Inferior, petrodes, & Eudemor, p inferiorē eam intelligens, que ad Coëlesyriam sita Scenitis nominatur. Plin. 28. capite sexti libri, Sceniten amplioribus quam Ptolemeus finibus, à Comagene, atq; ipso Amano et Cilicie regione descendere ait: in uniuersum amplitudine nullis gentium postferendam afferens. d Hinc. In occasum, Aegyptū uersus & septentrionem, citra montana. e Illinc. In meridiē & ortum. f Casio monte. Iuxta hūc delubrum est Casij Iouis, quod Romanorum ambitio illustre fecit, & Pompeij tumulus multis post annis ab Adriano instauratus, ut Capitolinus tradit: Nostri Sinam montem esse afferunt, summe ueritatis decalogo, perferente Mose, mortali bus exhibito nobilem, & etiam diuine Catharine sepulchro clarum. Plinius Arabiam hanc sterilem, & preter Casium montē nihil insigne habentem indicat. At notandum obiter, alium supra Seluciam Casium esse Plinio, cuius altitudi do in directum quatuor milliū passuum est: Cuius, inquit, excelsa altitudo quarta uigilia orientē per tenebras Solē aspicit, breui circumactu corporis diem noctemq; pariter ostendens. Quod ipsum montanis Arabiæ Pomponius generatim tribuit. Ammianus de Iuliano Cesare libro uigesimo secundo. Deniq; præstato, inquit, feriarum die Casium montem ascendit nemorosum, et tereti ambitu in sublime porrectum: unde secūdis gallicinijs uidetur primo Solis exortus. A Casio Ptolemeus Casiotin Arabiam illam cognominavit. g Plana. hoc ita esse satis his uerbis Strabo indicat libro decimo sexto. Nabatheorum metropolis est ea que Petra nominatur, in loco alioqui & quo & piano iacet: in circuitu uero rupibus & præcipitijs mutato, introrsum fontes ad hortos & aquationem uberrimos habente. Extra circuitum regio magna ex parte deserta est, præsertim Iudeam uersus. Hec ille. Inde Petram deserti ab Esaiā nominatam legimus. h Azotum. Oppidum Plinius & Strabo faciunt, unde Azotij dicti. Eam ciuitatem diutissim inter omnes Syriæ ciuitates obsidionem, Psammeticho Aegyptum tenente, sustinuisse Herodotus scribit libro secundo, Ptolemeus Azotum Palestine tribuit, à quo quantum ad situm attinet, nec Plinius, nec Strabo dissentunt.

Casius mōs.

Duo Casij.

P:tra.

Vigiliae qua
tuor.

a In altum abit. In p̄ecellos assurgit montes. **b** Quarta uigilia ortum Solis ostendat. Ante ortum Solis iusto tempore. Nam in castris Romanis nocturno tempori quatuor uigilie date sunt, maioris gratia custodie, pluribus de mandato labore, ut & certius uigilaretur, & nocturnae quietis, quam in omni animali natura expostulat, ratio habetur: ab occasu autem ad noctis medium uigilie due, hinc in ortum due alterē statuebantur. Quarta igitur uigilia, tenebris p̄esertim lucem & quantebus, hora ante uerum ortum tercia initium habuit, qua galli exhibentes cantu frequenter prædicere diem assolent, quanquam ne medio quidem noctis sileant: hoc est, quod secunda gallicinia, matutina illa, Marcellinus non tam apposite, quam eleganter appellavit.

a in altum abit, adeo ædita, vt ex summo vertice **a** quarta uigilia ortum Solis ostendat.

SYRIA.



B Arabia Petrea totus tractus littoris maris nostri adusque sinum Iſiacum, Syriæ est. Bene ergo Pomponius late eam littora teneare ait. Proscribit omnia Ptolemeus tabulis Asie quarta & quinta: quas te inspectare

est opus quisquis es studiose lector, ex his nostris promoture lucubrationibus: alioqui in tanta rerū, nominumq; diuinitate nihil recte memorie offeres. Cernes aut, si nobis obsequeris, quam apte omnia in tabulis expressa loca, Pōponij uerbis respondeant. **d** Latius introrsus. Nā ad sinum usq; Persiam procurrit, ab ortu Susiana & Tauri iugis medianam claudentibus terminata, Straboni, & Ptolemeo.

e Cœle. Hinc Cœlesyria dicta Strab. 16. lib. Tota,

Cœlesyria.

Mesopota/
mia.

Adiabene.

Assyria.

Iudea.

Sophene.

yría late littora tenet, terrasq; etiam datus introrsus, alijs alijsque nuncupata nomibus: nam & **c** Cœle dicitur, & **f** Mesopotamia, & **g** Damascene, & **h** Adiabene, & **i** Babylonia, & **k** Iudæa, & **l** Sophene,

a in altum abit, adeo ædita, vt ex summo vertice **a** quarta uigilia ortum Solis ostendat.

SYRIA.

Syria late littora tenet, terrasq; etiam datus introrsus, alijs alijsque nuncupata nomibus: nam & **c** Cœle dicitur, & **f** Mesopotamia, & **g** Damascene, & **h** Adiabene, & **i** Babylonia, & **k** Iudæa, & **l** Sophene,

est opus quisquis es studiose lector, ex his nostris promoture lucubrationibus: alioqui in tanta rerū, nominumq; diuinitate nihil recte memorie offeres. Cernes aut, si nobis obsequeris, quam apte omnia in tabulis expressa loca, Pōponij uerbis respondeant. **d** Latius introrsus. Nā ad sinum usq; Persiam procurrit, ab ortu Susiana & Tauri iugis medianam claudentibus terminata, Straboni, & Ptolemeo.

e Cœle. Hinc Cœlesyria dicta Strab. 16. lib. Tota,

inquit, regio ultra Seleucidem in Aegyptum, & Arabiam recedens Cœlesyria appellatur, sed proprie quæ Libano terminatur, et Antilibano &c. Nomen sortita est à concavitate, quæ Græci κοῖλοτια nominat. Nā & κοῖλος oīs is locus cauus dicitur. Fecit id altissima inter Libanū et Antilibanū profunditas. **f** Mesopotamia. Quæcunq; intra amnes est Tigrim et Euphratem, à septentrione TAURO excepta. Inde nomen sortita, ut est notū cum ex alijs, tū Philostrato lib. 1. de uita Apollonij. Tacitus lib. Augustalis hystoriae. 5. ubi de Ornospade Partho: Mox, inquit, repetita amicitia regis, multo apud eū honore, p̄fectus campis, qui Euphrate, & Tigre inclitis amnis circumflui Mesopotamie nomen accepunt &c. **g** Damascene. Circa Libanū à Damasco, clarissima ciuitatū. **h** Adiabene. Nomen habet à diffiali transitu: magnis enim rigatur amnibus, Græcis Διαβάνειν transire significat. Lege Ammianum lib. 23. Ptolemeus hanc trans Mesopotamiam in ortum, Assyriæ partem statuit, sicut & Sitacenam, & Arbelitum. At Plin. ultra Armeniā, inquit, Adiabene, Assyria ante dicta. Quo in loco de Syria procursu pulchra: quanquam mendose hactenus inter alia lectum, qui subtilius diuidunt circum Euphratem Syriam Phœnicem uolunt, ubi pro circa circum legitur, cum intelligat Plinius, Syriam quæ citra Euphratē est, à frequentiori parte Phœnicem quoque dictam aliquorum sententia. Nam et mare eius littoris totum Phœnicum cognominatur. Aut certe sic legendum: Qui subtilius diuidunt circumfundi Syria Phœnicem uolunt: quemadmodum legendum anset doctissimus Budæus lib. de Asse, & partibus. 4. Quod ad Diabenen attinet. Strab. lib. 15. à principio cū Ptolemeo conuenit. Martianus. 6. lib. Plinium, è quo sua depropnsit, sequitur. Strabo Babyloniam & maximam circumstantis regionis partem Assyriæ nomine comprehendit: à cuius sententia in urbibus Stephanus est, ut ea proprie Syria sit, quæ citra Euphratē in mediterraneum pelagus inclinat. Plin. 12. cap. quinti lib. Syriae totius Assyriam partem facit: quem equidem libentius sequor. Multi confundunt, ut Herodotus, qui Syros à Græcis dicit, Assyrios à Barbaris dici scribit, & illis Chaldaeos adnumerat. Accron quoque & Porphyrio insigne grammatici super. 12. Ode secundi Car. Hora. eam quæ nunc Syria dicatur, oīs Assyriam addita syllaba dictam scribunt, & lib. 23. Ammianus: Citra amnes, inquit, prouincia est nobilis Assyria, celebritate & magnitudine, tum & multiformi feracitate ditissima: quæ p̄ populos pagosq; amplos diffusa, quondam et copiosa ad unum conædit uocabulum, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Traiani uita, Attiram barbaris dictam s. litera in t. mutata, quam Assyriam nos uocemus, indicat. Hanc diuersitatem percensenti mibi nil aliud uideatur, quam ut Syriae, & Assyriæ nomina confusa fuisse credam, nam & hodie confundimus. **i** Babylonia. Quæ & Caldaea, quam Ptolemeus cum Pomponio, & Plinio ab Assyria separat, nomen ab urbe adepta, de qua infra. Hoc non præteream Adiabenæ à Plinio trans Armeniam statui: quod quidem non eo modo intelligendum est, quo Sophenæ trans Taurum in septentriones expositam esse ait: citra enim Taurum esse illam quis nescit? Sed trans Armeniam dixit, quod Adiabene amplius, quam illa in ortum solis secundum Tauri iuga excurrerit, id quod in quinta Ptolemei tab. uidere licet. **k** Iudea. Ptolemeus lib. Cosmographiae quarto: Palæstina, inquit, Syria, quæ Iudea Syria appellatur &c. Plin. libro quinto Palæstinam, Samariam, Iudeam, & Idumæam sciungit. Galileam adpellari hic afferens, ubi Syria iungitur: in occasum autem trans Iordanem Petream, Arabie proximam. Omnia hæc Palæstina Ptolemeus subdit, cuius tabulam Asie quartam diligenter inspicito. **l** Sophene. Plin. Qua Taurum, inquit, transit, Sophene dicitur. Procopius, nisi uitiatus codex est, lib. 1. de bello Persico, Sophenæ nominat. Ptolemeus eam in Armenia maiori statuit. Strab. libro undecimo inter Taurum, & Antitaurum eodē in loco.

in loco. Vide pro loci memoria comparanda Ptole. tab. Asie. 3. Populus uero in Armenia celebris Sopheni, quorum in sexto meminit Plin. Dignum est scitu quod scribit libr. 16. Strab. Syria nomen aliquando ab Ibsico finu ad pontum usque Euxinum durasse, & ob id utrosq; Cappadocas, & qui ad Taurum, & qui ad Euxinum sunt siti, Leucosyros adasque sua tempora dictos esse. Quod confirmat Dionysi. interprete Palemone: Post Libani montis populi sunt solis ad ortus, Alterius Syria, que tendit adusque Sinopen, Cappadoces medijs habitant in finibus huius. Plini. capite

Syriae ampli
tudo.

tertiu libri sexti: Galatiae, inquit, Cappadocie pars praetenta Morimene uocatur, ubi determinat eos Cappadox amnis, a quo non traxere, ante Leucosyri dicti.

a Palestina. De Phoenice infra. Illa à Palestina olim illic metropoli nomen habet. Vnde Palestini, qui ijdē cum his sunt, quos sacra historia Philistim, & Philistinos nominat, de quibus i primo Regū scribitur.

b Committit. coniungit. c Antiochia. Plin. ubi Ciliciam attingit, inquit: Antiochia dicitur, & Antiochena, ab Antio-

Semiramis.

chia que illic est clarissima ciuitatum, de qua multa lib. 1. Procopius de bello Persico. Sicut Comagena intra sinum Isiam, & Euphratem, & alibi, Laodicensa, Apamena, Ptolemeo. d Eam. Syriam. e Semiramis. De hac prudentissima, & uiri nomine digna foemina libr. 3. Diodo. commeminerunt, quos uiderim, Valerius Maxi. Iustinus, Orosius, Iuuenalis, Eusebius, Augustinus, Iosephus, Philostratus, Propertius. Ea mulierum omnium, quarum ex histo-

ria ad nos perlata notitia est, longe celeberrima: quamque cum Cyro praecepue Alexander admiratus fuerit, quod in

illis & magnitudo quædam animi, & rerum claritas plurima enituisset. Cœlius scribit Rhodiginus c. 37. libri anti-

quarum lectionum duodecimū. f Potentissima. Augustinus cap. 2. lib. 18. de Ciuitate dei: Quantum, inquit, at-

tinet ad imperium nullum maius primis temporibus Assyriorum fuit, nec tam longe latèque diffusum. Sed à Semiramide tamen multo est Salomonis nomine celeberrimum, qui, ut nono capi. libr. Paralipomenon secundi scribitur, ab

Euphrate ad Palestinam usque, & Aegypti limites longe latèque imperauit, gloriisque & diuiniis circumfluentibus,

omnes reges non modo aequales, sed cuiuscunque etiam etatis haud dubie superauit. De Davidis pari in ea imperio

est notum. Donatis hic adusque Euphratem Syris, simul & tributa iniunxit, & opima spolia Hierosolyma transtu-

lit, ut. 3. capi. & rursum decimo secundi Regum legitur. Velle autem ut nostrorum Antiflitem, & horum maxi-

me, qui se atriori religionis foco uestierunt, quibus tantum imperitandi studium est, dum contra Euangelij edictum

tantopore ad ueteris, hoc est mortuæ legis exempla respiciunt, sibi subinde palpantes, & ingruentem conscientie

nuclonem utcunque eludentes, tantis opibus suis, quas unice querunt, sapientiae studiu coniungerent: ut quod Eu-

gelio reclamante, mordicus retinere semel coepissent, ipsi saltem doctrinæ, & sapientiae nomine licere uideretur, nec

essent qui Christianæ plebi obiscere possent, ita eam damnabilis consensu delirare, ut non nisi ignauissime ociantes,

maximus demum opibus dignos iudicet. Porro ut Davidem prophetæ spiritu insignem pretereamus, ea etiamnū do-

ctrinæ Salomonis monumenta extant, ut si satis animo comprehensa haberemus, quæ ille tradidit, omnem antiquam

philosophiam (quod ad mores attinet, & animi institutionem) nugas meras esse iudicaremus. In hac sententia Bue-

deus est. g Constituta urbs. Maxima urbs et Chaldaicarum gentium caput, ut Plin. libr. 5. scribit. Exhausta

tandem potentissimarum gentium inuidia. Nam Seleucus Nicator cognominatus, a se nominatam Seleuticam iuxta

condidit, intra nonagesimum lapidem: & post cum eodem consilio, Ctesiphontem tertio ab eo lapide Parthi rege

eorum Vardane condiderunt. Conditam Babylonem à Semiramide Strabo scribit lib. 16. & lib. 3. Diodo. Propertius Babyloni-

lib. 3. Persarum statuit Babyloniam Semiramis urbem, ut solidum cocto tolleret aggere opus. Lege Herodo. libr. 1.

Nostris id est Hebrei, & Christiani uerius a prole Noë post cataclysmum constructam tradunt, ut magna illa lin-

guarum confusione facta ei nomen datum sit, sicut Genesios. 11. capi. scriptum est. Et Iosephus. 9. cap. lib. 1. antiqui-

tatum explicat. Lege August cap. 4. decimosextri de Ciuitate Dei. Diuersis & temporibus & locis auctam, aut in-

stauratam fuisse Babylonem, eò credo uerisimile esse, quod adeò diuersa de eius origine produnt authores. Porro

& Eusebius libro preparati. Euagelicæ nono, tradit Nabidā regem, cum qui post paulo à Cyro captus est, muros Ba-

bylonis secundum amnum latere, & bitumine condidisse. Ammianus Marcellinus lib. 23. Babylon, inquit, aius mœ-

ma bitumine Semiramis struxit: arcem autem antiquissimus rex condidit Belus. Eius uerba planè Eusebij sententiae

quadrant, qui in Chronicis, instaurasse hanc reginam pleraq; confirmat. Meminit & Iosephus libro contra Appio-

nem primo. Non præteriero, iuxta Babylonem, & bituminis lacum ostendi, cuius glutino Babylonis muri edificati

fuerent. Dion scribit Traianum in Syria agentem, ut hunc lacum spectaret, ex itinere deflexisse. Eius liquoris ingenit-

um est, ut lateribus aut exiguis lapidibus interlatum saxo, aut quo quis ferro muros solidiores, & firmiores faciat.

Assyria:

Euphrate is-

rigua.

Gaza.

primo. De fossis illis multa libro. 15. Strabo. a. Gaza. Munitissima quondam, ut Alexander bimestri obsidione obsecram & grecoperit, ut lib. 17. Diodorus scribit. Iosephus eam in Idumea superiori ponit lib. antiquit. 5. quemadmodum & Plin. b. Aerarium. Seruius Aeneidos. 1. super illo Maronis: Et Troia Gaza per undas, Gaza, inquit, Persicus sermo est, & significat diuitias, id est omne quod possidemus. Curtius lib. 3. de Alexandro: Regiam, inquit, pecuniam, quam Gazam Persae uocant, cum preciosissimis rerum efferrri iubet &c. Nil repugnat metonomia et aerarium significari, ut thesaurum iam aeris conditi locum, iam ipsum esse adpellare grecum uocabulo solemus. c. Ascalon.

Iope.

Amplissima quondam, & ualidis subnixa muris, ut lib. 3. Egesyppus scripsit: commenmit & lib. 5. Antiquit. Iosephus. ab hac Ascalonitae dicti. d. Iope. De huius situ nemo fidelius Egesyppo libr. bellii Iudaici tertio: quae equidem adscriptissim, nisi ad alia festinanti nubi, nimis uel inuito commentarius accresceret. Lege Plini. cap.

Ingentia piscium ossa.

Hierosolyma.

Iudeorum mortis.

Iudaice gentis casus.

Hesseni.

Pulcher mos

Adagium.

nita admodum ^a Gaza (sic Persae ^b aerarium vocant) & inde nomen est, quod cum Cambyses armis Aegyptum peteret, huc bellum & opes, & pecuniam insulerat. Est non minor ^c Ascalon. Est ^d Iope ante diluum (ut ferunt) codita, ubi Cepheus regnasse eo signo accolae affirmant, quod titulum eius, fratrisque Phinei veteres quaedam arae cum religione plurima

pi. 13. lib. quinti. Andromedae fabulam apud Ouid. lib. 4. Transform. Meminit Hignus libr. 2. beluae, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romae apportata ex oppido Iudee Iope, ostendit inter reliqua miracula edilitate sua Marcus Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spine crassitu dime sesquipedali, authore Plinio cap. 5. lib. 9. Ipse in Pannonia uidi beluae marinae ossa omnem fidem magnitudine uincientia, quae a Friderico Cæsare ex Hierosolymita peregrinatione reduce aduecta in fornici vestibuli munitissime arcis ciuitatis, quam nouam cognominant, grandibus catenis suspensa uisuntur. Haud longe uero ab Iope, cui & hoc hodie nomen est, in Norine Toparchia fuere Hierosolyma, longe clarissima urbium orientis, ut Plin. ait. Et ut lib. 21. Tacitus: Vrbs ardua, situ, operibus, molibusque adeo firmata, ut uel piano sita satis munita uideri potuisset. Muros non recta ductos, sed reductos in crebros sinus, ut oppugnantes e conspectu, & utrinque a lateribus urge ri possent. Turres in editis locis breuiores, in conuexis altiores, ut procul intuentibus pares uiderentur. Intus cum Regia suis circumdata mœnibus, & templo illo ingenti in modum arcis, proprijs muri labore, & opera clauso clarissimis porticibus, & propugnaculo. Hactenus Tacitus. Hodie uisendo loco religio est, ut & ante fuit, ob mortem & sepulturam seruatoris nostri Iesu Christi. Iuxtaque eam sitis Galilea, Samaria, Bethleem, Hieriaante, alijsq; passim in sacris literis insignibus locis. De Hierusalem (quod equidem legerim) nemo pulchrius uberiorisq; Iosepho quinto capi. lib. de bello Iudaico sexti. Et lib. contra Appionem primo de templo illo sumptuosissima Davidis opera coepit. Scripsit & Timochares, quem Eusebius citat libro Euangelie preparationis nono. Quo in loco idem ex Hecateo Abderita, uerbo & re (ut ipse ait) philosopho digna lectu depropmsit. Non preteriero locum memorabile Dionis, qui in Hadriani uita scribit: Hadrianum Hierosolyma a Vespasiano euersa, rursus habitari iussisse, urbemq; Aeliam Capitolinam appellasse, mox grauissimo bello excitato. Nam Iudei ob eadem Ioui extrectam grauissime afficiebantur, indignum existimantes externa sacra suis inuehi, peregrinos secum in ciuitate habitare, tum & extenorum Deorum imagines ponere templum suum, & ueteres in eo ritus locari. Quibus rebus offensus Hadrianus, cum nulla uideret contra induratam illorum pertinaciam remedia esse, negocium Iulio Seuero commendat, tum ex Britania in Iudeam uocato, qui sensim, & per interualla confecto bello Iudaicam gentem penitus oppressit, quinquaginta eorum celebribus arcibus dirutis, uicis non gentis octuaginta quinque, qui sanè frequentes & nominatissimi erant, direptis, & mox igne consumptis, uiris in excursionibus & prælijs ad quinquaginta millia cæsis: cum in gens interim multitudo fame, morbis, igne absumpta esset. Eo modo desolata rursus Iudea facta est. Spartianus scribit bellum a Iudeis ceptum ea maxime causa, quod genitalia mutilare, hoc est circumcidere uicti essent. Quod ad gentis mortuositatem attinet, ex Cicerone intelligitur, qui in oratione qua Flaccum defendit, suspitosam, & maledicam appellat Hierosolymorum ciuitatem. Ut non sit mirum esse illic potuisse, qui Prophetas occiderint, & lapidarint, & Christum seruatorem, cuius miraculorum magnitudine confirmatam doctrinam sustinere non poterant, cruci affixerint, trilingui eulogio in derisum contumeliamque super celestis capitum uerticem affixo. Cæterum historia paulò ante ex Dione adducta, mire mihi facere uidetur ad uaticinium Christi, quod est Luce. 23. explicandum. In Palestina gentem Hessorum Plin. & Solin. celebrant, in toto orbe preter ceteras miram, de qua dignissima lectu cap. 1. libri. 9. Eusebius ex Porphyrio, qui eos Essæos nominauit. Non preterierim, in ea terra lege columbis parsum olim, & tantam earum copiam factam, ut adueniarum ora cicures petierint. Vnde illa sunt Tibulli uerba libr. primi: Quid referam ut uolitet crebras intacta per urbes Alba Palestina sancta columba uiro? Scribit Strab. quod dignum scitum est, morem genti peruerterem esse, agrotos in uiam producendi, exquirendique a pretereuntibus, an aduersus id genus morbi remedia norint: neminem enim tam malum esse sibi persuadent, qui, si quid mede se sciat, non libens impertiat. Fortunam & illi impensis coluerunt, & hortensem operam super ceteros, ut inde natum sit adagium: Multa Syrorum olera, in eos quorum labore magna rei non admodum estimata copia peruenit. Meminit Plin. lib. 20. e. Diluum. Dubium est quod intelligat, cum multa fuerint. At quoniam etatem indicat, uerisimile est uerustissimum ab eo intelligi. Lege Aug. 18. de Ciuitat. Del.

PHOE=

PHOENICIA.

A Phœnices Neptuni, et Libyes filio dictam esse, Stephanus est author: ad qđ accedit lib. 1. Sil. cū inquit: Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix. Eos Strabo lib. 16. Arithmetica, & Astronomia insig-
nēs: hanc nauigādo, illā negoziando auxisse scribit. Rufus ex Dionysio: Phœnicū regio est, hi ru-
bro gurgite quondā Mutuere domū, primiq; per equora uecti Lustrauere salū, primi docuere cari-
nis Ferre cauis orbis cōmercia, sydera primi Seruauere poli &c. Luca. itē lib. 3. Phœnices primi, fa-
mē si creditur, ausi Mansurā rudibus u-
cē signare figuris. Ob Syrorum & Phœni-
cū nūmis solertē uafricā, adagio locus fa-
ctus est: Aduersum Phœnicas Syri, quo usi
sunt ueteres, quoties uersutus uersuto im-
ponere uelle uidebatur. a Munia, offi-
cia et administratiōes. b Literas. Ta-
citus lib. 11. Primi, inquit, p figurā aī Aegyptij sensus mentis effingebat, et anti-
quisima monumēta memoriae hūanæ ipres-
sa saxis cernuntur, & harū semet inuen-
tores phibent. Inde Phœnicas, quia mari præ-
pollebant, intulisse Græcie, gloriāq; ade-
ptos, tanquā repererint quæ acceperant.
Quippe fama est Cadmum classe Phœnic-
cum uectū rudibus adhuc Græcorū popu-
lis artis eius authorē fuisse. Hęc Tacitus.
Sed Eusebius dignissimus fide scriptor lib.
Euang. præpa. 10. ab Hebreis literas pri-
mum omnium inuentas tradit. c Preli-
umq; Ob id dissensionū auhores ab He-
rod. adpellantur lib. 1. d Tyros. Pli.
lib. 5. Tyrus, inquit, quōdam insula, præal-
to mari. 700. pass. diuisa: nunc uero Ale-
xandri oppugnantis operibus cōtinēs. Oī
partu clara urbibus genitis, Lepti, Utica,
& illa Ro. imperij amula, & terrarū or-
bis auida Carthaginē, etiā Gadibus extra
orbē conditis: nunc omnis eius nobilitas cō-
ebyllo atq; purpura constat. De obsidione
eius, utq; continentī adiūcta est, nemo ubi
rius Diod. lib. 17. Lege Curtiū libr. 4.
e Vici tenent. Trans Tyronicos alii
quot esse ait, et ipsam cum primis claram
Sidonē, quam magna olim potentia priua-
uit Persae, ut & Tyrū captā consternauit Alexāder. f à Persis. Qui anteq; Cabyces Aegyptū peteret, Phœni-
cē & maritimā illic orā occuparūt, Tyrijs et Sidonijs ante alias uexatis, ut lib. 18. Iustin. scribit. g Euproso-
pon. Id, nisi fallor, albū Plin. nominat, nomē habet ab insigni aspectu. Nā Græcis Εὐπρόσωπος dicitur, qui bello est
aspegit. De Byblo & Botri Herod. Strab. Plin. h Tripolis. Ptol. oppidū maritimū facit. Cæterū à tribus oppidis, Tripolis:
Tyro scilicet, Sidone, atq; Arado dictā Pli. et Strabo testātur. Vt cūq; intelligendū est eo loco, cuius Pōp. meminit, tri-
geminū fuisse oppidū, qđ Tyrij, Aradij, et Sidonij ditione obtinuerint. Quod recte ex Plini uerbis intellexit Hermo-
laus. Nō aut sic, ut iūcta illa oppida eo in loco tam breui spatio fuisse credamus. Nā multum Arados à Tyro abest.
H A V D lōge à Tripoli cāpus est, quē Macram dictū Strabo scribit, in quo serpentem uisum esse Posidonius retu-
lit, mortuū, iugerilōgitudine, crassitudine tāta, ut equites ex utraq; pte adstātes seiuicē intueri nō possēt, hiatu tāto
ut hominē equo insidentē reciperet, exuuiarū uero quālibet squamā clypeo maiore habuisse. i Nō obliqua. Gram-
dē enī illic sinū facit, & orā, que excursu suo à Palæstina declivis est, pelago obuerlit. k Antiochiae. Inde Antio-
cheni et Antiochēses, Ammianus lib. 14. de Syria scribēs: Hāc, inquit, nobilitat Antiochia mūdo cognita ciuitas, cui
nō certauerit alia adiectitijs ita adfluere copijs et iternis, et Laodice et Apamea, itidēq; Seleucia, idē à primis auspici
is florētiss. &c. Inibi idē author multa de locis huius litoris īsignibus. l Laodicea. Est & que īsignis Laodicea iuxta
Lycaones, haud ita procul ab Hierapoli et Colossis illis, à qbus Colosseſes dicti, ad quos grauiſſia diuī Pauli epistola
extat. Beritos aut̄ Pop. Ro. quōdā colonia, et duarū altrix legionū, uulgo nautico Barutos etiānū dicit, m Arados.

Aduersum
Phœnicas &
Syri.

Tyros.

Serpens ma-
ximus.

Antiochiae.

Paradisus.

Forte eam intelligit, que alijs in continente sita, Antarados nominatur. Nam Arados in mari iuxta eam insula est Plinio, & infra Pomponio. Supra Antaradum in meridiem oppidum est uetusum Paradisus, ad Libani orientale latum situm, non longe à Damasco, que pari propè forma ad Antilibani radices uergit, ut Ptolemaeus tab. Asiae quarta indicat. Capella libro sexto, annis illic Paradisi meminit. Et est locus iuxta amoenissimus, ac supra quam credi posse accommodus uoluptatibus Daphne, creberrima apud historicos mentione: à qua Antiochia Epidaphne cognominata uideatur Plinio. Hermolaum adi, & lege super cap. 21. libri quinti Plini. Meminit & Sextus Rufus. Reliqua ex Strabone & Plinio notissima sunt: Quin & Cicero de Amano, ad cuius angustias cum exercitu contra Parthorum copias exauit, libro Epistolarum secundo scripsit ad Cœlum. De Myriandro etiam Ptolemaeus.

CILICIA.

Isticus sinus.

Paruo impē
dio ingēs sae
pe uictoria
cōparatur.

Cydnus.

Tarsus.

Paulus Apo
stolus.

eunt Lichos, & Hypatos, & Orontes. Tum mons Amanus, & ab eo statim Myriandros & Cilices.

CILICIA.



T in recessu intimo locus est magni alii quando discriminis fusorum ab Alexander Persarum, fugientisq; Darij spectator ac testis. Nunc ne minima quidem, tunc ingenti vrbe celebris Issos fuit, & hac re sinus Issicus dicitur. Procul inde Amanoides promontorium inter Pyramum, Cydnumque fluuios iacet. ^d Pyramus Isso prior Mallon præterfluit. Cydnus ultra per Tarsum exit. Deinde vrbs est olim a Rhodijs Argiisque, post Piratis, Pompeio assignante, possesta: ^g nunc Pompeiopolis, tunc Soloë. Iurenos & Colchin: procurrentem Asiam in mediterraneum, Appianus in Romane hystorie proœmio, & Strabo libro decimoquarto, Cherronesum, seu granādē peninsulā nominant. ^b Fugientisq; Darij. De insigni illa Darij clade Arrianus secundo lib. Curtius lib. 3. At omnium copiosissime libro 17 Diodorus. Ceciderunt Persarum peditum centum millia, equitum nullia decē. Alexander quatuor & quingenti saucijs fuerunt, triginta omnino & duo ex peditibus defyderati sunt, equitum. 150. inter se. ^e Iti: tantulo impēdio ingens uictoria stetit, inquit Curtius. Strabo Ciliciam in campestrem, & Tracheam, id est asperā, ubi in montana uergit Pamphyliæ propinquæ diuisit libro 14. Separatur à septentrione Tauri iugis ab Armenia minori & Cappadocia, iisdem à Pamphylia ab occasu, ab ortu à Syria Comagena, Amano: cuius angustias Amanicas pilas Ammianus & Strabo nominant: à meridie tota Meditteraneo abluitur. Opulentissima olim Po. R. prouincia & Cicerone proconsule memorabilis. Solinus author est, adeò olim potentem fuisse, ut ad Pelusium usq; procurrerit, Lydis, Medis, Armenis, Pamphylia, & Cappadocia sub imperio constitutis: tandem subactā ab Assyriis in breuiorē fornam redactam esse. ^c Amanoides. Quod Amani formā effigiemq; circumnavigatibus exhibet, reddidit etymon Hermolaus. ^d Pyramus. De Pyramo et Cydno digna sunt lectu in Arriano & Curtio. Hic Cydnus non spatio aquarum, sed liquore memorabilem ait: quippe leni tractu è fontibus labēs, puro solo excipitur, nec torrentes incurruunt. Commemorat libro undecimo Iustinus. Tibullus libro primo: At te Cydne canā, tacitis qui leniter undis, Cœrus placidis per uada serpis aquis. Solinus scribit amnē à candore Syrorū lingua nomen sortitū. Vitruvius libro 8. cap. 3. Cydni aquā podagra laborantibus apprime salubrem esse, cruribus in ea mersis: de cuius rei experientia Casij Parmensis ad M. Antoniū epistola extitit, ut lib. 31. adnotauit C. Plinius. Constat Apolloniu aliquando per epistolā Tarsenses fugillasse, quod iuxta Cydni aquas ociantes tanquam fluuiatiles aues sederent, quiete aquæ pulchritudine quasi ebrios factos, ut Philostratus scribit libro de huius uita primo. ^e Mallos. Clarū oppidū. Lucanus lib. 3. Mallos, & extrema resonant nauibus Aegæ. ^f Tarsum. Tarson in cāpis sitam Cydnus præterfluit Straboni, q; Arguorū esse eam loquarentū opus existimat. Solinus à Perseo prodit conditā nobilissima Danaeis prole, Eustathius auihorem eius Sardanapalū credidit. Qua in sententia Lucanus est lib. 3. Deseritur Tauriq; nemus Perseaq; Tarsus. Clarissima urbs illa fuit, cum ob gymnasium maxime quondam in ea insigne, tum eo ipso, quod Paulum Apostolum alumnum habuit, uirum unice in religione nostra memorabilem. Legē de Tarso lib. 14. Strabonem. Meminit & Marcellinus lib. 14. Quanquam inibi corruptissima lectio est, ut alicubi frequenter in libris uel recentissime editis. ^g Nunc Pompeiopolis. Hic locus horum opinionem refutat, qui Cesaris Dictatoris temporibus Melam hoc suum opus edidisse putarunt: fieri enim nequibat ut adeò breui tempore recens impositum nomen in usum ueniret. Constat autem hac quoque in parte mutandorum nominum, & eternitatem Romanis principibus affectatam, tanquam illa durarent uidelicet rebus pereuntibus. Sic Solinus: Vetus ciuitas, priori amissō nomine Traianopolis dicta, postquam in ea fato cedere Traianus coactus est. Sic alia quoque in gentia passim oppida principum nomina non raro odiosa sustinere iussa sunt. ^h Soloë. Strabo Soli, plurali numero, quod idem est: quanquam rectius scribatur Soloë more Grecorum

Grecorum σόλοι, sicut Dioscuroe pro Dioseuri apud Ciceronem libro de natura Deorum tertio, ut Hermolao placet. Ab hac Solenses, ut Solensis Aratus, Chrysippus Stoicus, & Philemon poëta Comicus, Straboni libro, 14. ubi in eandem de Solis cum Pomponio sententiam. Plinius ex Polycliti tradit autoritate, iuxta Solos fontem fuisse, cuius aquæ olei uicem præstiterint utentibus. Curtius Heliopolim seu Solis auitatem nominat, Vide Solinum. Eustathius Dionysij interpres, hoc oppidum ab exulante Solone colonis Atticis ornatum fuisse scribit: cum uero Barbari linguam

xta in paruo tumulo^a Arati poëtæ monimentum ideo referendum, quia ignotum, quam ob causam iacta in id saxa dissiliunt. Non lôge hinc Corycos oppidum portu saloq; incingitur, angusto tergore contineti ad nexum. Supra, ^b specus est nomine Corycius singulare ingenio, ac supra, quam ut describi facile possit, eximus. ^c Grandi nanc; hiatu patens, montem littori ap positum, & decem stadiorum cliuo satis arduum, ex summo statim uertice aperit. Tunc alte demissus, & quantum demittitur amplior, uiret lucis pubentibus undiq; & totum se nemoroſo laterum orbe complectitur, adeo mirificus ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu conſternat, ubi contemplati du rauere, non satiet. Vnus in eum^d descensus est angustus, asper, quingentorum & mille paſiuū, per amoenas umbras & opaca syluae quiddam agreste resonantis, riuis hinc atq; illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruenit, rursus specus alter aperit ob alia dicendus. Terret ingredientes sonitus Cymbalorum diuinatus & magno fragore crepitatum. Deinde aliquā diu perspicuus, mox & quo magis subitur, obscurior: ducit ausos penitus, alteq; quasi ^e cuniculo admittit. Ibi ingens amnis ingenti fronte se extollens tantummodo se ostendit, & ubi magnum impetum breui auleo traxit, iterum demersus absconditur. Intra, spaciū est magis, quā ut progrederi quisquam ausit horribile, & ideo incognitum. Totus autem angustus, & uere facer, habitariq; a Dijs & dignus & creditus. Nihil non venerabile, & quasi cum aliquo numine se ostentans. Alius ultra est, quem^f Typhoneum vocant, ore angusto, & multum (ut experti tradidere) pressus, & ob id assidua nocte suffusus, neq; unquam perspecti facilis: sed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nūc demissa in se cōfestim exanimat, natura fabulaq; memorandus. Duo deinde promonto-

tatur, guttulis subinde stillantibus suavis quidam stridor audiatur. ^g mal latibula effodienti, & quo libet sub terra reptanti nomen est. Martial. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. ^h Typhoneum. Solinus: In intimo, inquit, recessu Typhonis gigantis cubile positum, qui uolunt, credunt. Ego ad naturae uim huiusmodi opinionem magis retulerim: nam quod suppositos montibus Gigantes uates Graeci Latiniq; scripserunt, id arcum habet, quod in plerisq; locis ex copiosa exhalationum præsentia terræmotus gignuntur, & ignitæ eruptiones, quo persepe orto immanni impetu, montes frangit, non nunquam illidi contingit. Hinc sub Aetna Enceladus, sub Inarime Typhoeus. Ardent enim illi, & ignitos plerumq; globos eructant. Cui autem non hic magnus uideatur impetus, qui terris fractis mare admittit? qui summotis montibus emittit laevis, paludesq; exiunt?

Atticam paulatim coquinassent, Soloē cissare dicti sunt, & inde Soloēcismi, ut Cilicisci quoq; barbare loquentium, ante alios Hieronymo & Plauto dicuntur. Legē in Solonis uita Laertium, & libro, 14. Strabonē. ^a Arati. Pleraq; naturæ opera insignia sunt, quorum causas ignoramus: in horum numero & id Arati monumentum est, cuius miraculo præter faxi, ex quo constat naturam, nil facile attulceris, si modo lapidis cuiuspiam natura esse potest. Plinius certe, quemcunq; auctorem secutus, scribit lib. ultimo. In Assos Troades lapidem nasci Sarcophagum nomine, fissili uena scissum, qui corpora defunctorum in eo condita intra. ^b diem absusat exceptis dentibus. Mutianus addidit, specula quoq; & strigiles, et uestes, & calceamenta cum mortuis illata saxeas fieri. Huiusmodi paſsim admiranda naturæ maiestas prodit, & secundum lapides, in herbis, tum & in aquis maxime. Quandoquidem Albertus Magnus scripsit uidisse se Cirothecam ex corio lapideam factam, postquam in quendam Germanie fontem mersa est, priori effigie nihil mutata.

Affius lapis.

Specus Corycius.

^c Specus Corycius. Iuxta, optimum & fragrantissimum crocum nascitur. De ipso specu multa in Cilicie descriptione Solinus. Nomē habet à Coryco uicino oppido, de quo Plinius. ^d Conſternat. Stupore inecto rapiat. ^e Desensus. Solinus duobus millibus & passibus quingentis non sine largo die descendit in eum afferit, quē tamē corruptum suspicor: nam ne hoc quidem uero admodum simile est, in tantum spatiū elucescere specum, quanto in eum desensum esse Mela ait. ^f Cymbalorum. Id aut fabulosum est, aut ad Physicam referendum: fit enim ut aēr dum intra frigidos rupium recessus in aquā me-

Solinus.

Cuniculo. Angustissimo meatu, inde animali latibula effodienti, & quo libet sub terra reptanti nomen est. Martial. Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. ^g Typhoeum. Solinus: In intimo, inquit, recessu Typhonis gigantis cubile positum, qui uolunt, credunt. Ego ad naturae uim huiusmodi opinionem magis retulerim: nam quod suppositos montibus Gigantes uates Graeci Latiniq; scripserunt, id arcum habet, quod in plerisq; locis ex copiosa exhalationum præsentia terræmotus gignuntur, & ignitæ eruptiones, quo persepe orto immanni impetu, montes frangit, non nunquam illidi contingit. Hinc sub Aetna Enceladus, sub Inarime Typhoeus. Ardent enim illi, & ignitos plerumq; globos eructant. Cui autem non hic magnus uideatur impetus, qui terris fractis mare admittit? qui summotis montibus emittit laevis, paludesq; exiunt?

qui arces urbesq; dissipat, & diductis terris hauriat? At qui multis in locis ita contigit, uelut in Sicilia & Thessalia, quod suis in locis docuimus. Dion in Traiani uita Casij montis uertices in Antiocheno terræmotu concusso ait. Rursus lib. 14. Tacitus Laodicæam clarissimam Syriæ urbem, Neronis principatu miserando terræmotu prolapsam, uix tandem suis opibus reualusse. Pari causa illa Gigantum contra Iouem in Thessalia agitatorum montium pugna memorabilis est. Addo quod τυφῶνας Græci uentum turbidum, & orbe motum nominant, ut lib. Meteororum trito Arist. Gellius lib. 19. τυφῶνας ait uocari figuræ quasdam nubium metuendas, ex uentorum nimirum impetu. Qui quamvis in alto initium habent, tribui tamen huius specus intimis hoc nomen quoq; potuit, quod aër illuc turbidus & perfulens exsuf flet: Velut in Syriæ locis, ubi Naphtha prouenit, consimilis periculi specus est, authore in Traiani uita Dione Bithynico: & in Phrygia iuxta Hierapolim halitus è foramine letalis exurgens, quodcunq; animal proxime steterit, odore graui consumit, ut tradit Ammianus lib. 23. Eius rei causas Albertus noster explicat tractatu. 2. li. 3. Meteororum. Strabo lib. 13. ex Pindari auctoritate, Typhonem sub Aetna cruciari scribit, & editum ex ingenti illo Cilicæ antro. Alij sub Inarime condunt. Vnuersa scriptorum sententia. a Sarpedonis. Is ut Euseb. in Chron. scribit, aliquando Lyciæ rex fuit, & Iouis existimatus est filius. Meminit Homerus Iliados. 16. Reliquia ex Strabone & Plinio nota sunt.

Typhon gis.
gas.

Cilices unde
Melas.

Melas.

Cymon.

Nota.

Cataractes.

Diana Per/
gea.

Sed Celendris legendum, Lucanus libro octauo: Ad profugum collecta duæ paruisq; Celendris. ut etiâ Celendre plurali dicamus. Cilices autem, ut hoc ipso terminem, à Cilicæ Phœnico Agenoris filio cognominatos, quondam uero Hipathœos dictos Herodotus scribit in Polyhymnia.

ria sunt, Sarpedon, finis aliquando regni^a Sarpedo, & quod Ciliciam a Pamphylia distinguit, Anemurium, interq; ea Celendris & Natidos Samiorū coloniæ, sed Celendris Sarpedoni propior.

PAMPHYLIA.

 **N** Pamphylia est^b Melas nauigabilis fluuius, oppidum Sida, & alter fluuius^c Eurimedon. Magna apud eum^d Cymonis Atheniensium ducis aduersus Phœnicias & Persas naualis pugna atque uictoria fuit.

Mare, quo pugnatum est, ex ædito admodum colle prospectat Aspendos, quam Argui condiderant, possedere finitimi. Deinde alij duo ualidissimi fluuij f Oestros & g Cataractes. Oestros nauigari facilis, hic quia se præcipitat^h ita dictus. Inter eos Perga est oppidum, & i Dianæ, quā ab oppido Pergeā uocant,

PAMPHYLIA.

 **A** EC ab ortu Ciliciam habet, ab occasu Lyciam & Asie minoris partem, à septentrione Galatiam & Cappadociam, à meridie mediterraneum, quod illuc Pamphylij maris nomine habet: tota Tauri expatiantis iugis septa. **b** Melas. Cognominis in Bœotia est qui oues inde potas nigras efficit, Plinio. Est & ad Smyrnam Melas amnis inlytus Solino. Item alijs in Thracia, à quo Mcleus sinus Plinio. Alius eiusdem nominis Buxerorum in Ponto, de quo lib. 6. Plin. **c** Eurimedon. Hic ex Tauri iugis ortus medianam Pamphyliam tranat, non adeò longe ab Oestri ostijs & Sida urbe, pelagus subiens. De Sida Cumunarum colonia cum insigni Palladis templo Stra. **d** Cymonis. Hic Xersem è Græce finibus multa clade pulsum fecutus, antequam ille aut pauore reaperet animos, aut res Barbaras componere posset, haec quidem oppida subuerit atq; diripuit, illa uero ab rege deficientia in Græcorum ditionem accepit: adeò ut omnem Asiam ab Ionia usq; Pamphyliam Persicis præsidijs atq; armis desolatam fecerit, auctore Plutarcho: qui in eius uita insignem illam contra Persas uictoriæ non tam mari, quā terra uno die partam multis prosequitur. Hic uero Cymon & liberalitate & magnificètia illustris fuit, agrorum suorum quandoq; dirutis septis, egenis & peregrinis poma & id genus fruges alias sumendi copiam fecit impune: Coniuia quotidie domi opipare adparata pauperibus quotquot adfluxerunt, exhibuit. Comitibus præcepit, ut si quis grandior natu, amictu sordidus esset, illico uestem cum eo commutarent, & si quem in foro indigna & gestate oppressum inspiarent, clam ei pecunias tribuerent: Ipse cultus negligens, et uerborum atq; eloquentie minime appetens, plerasq; Græcorum artes in quibus magnam illi laudem querebant, contempsit, Veritatis cultū maxime amans, & ad summam, deiectus, incomptus, magnis in rebus optimus, uelut in Hercule suo Euripides scripsit. **e** Mare. Accusandi casus est, ut sit Aspendos aspectat mare. &c. De Aspendi uero sita ante alios digna lectu Philostratus lib. de Apollonij uita primo. Ciæro actione contra Verræ. 3. Aspendium, inquit, uetus oppidum & nobile in Pamphyliæ. &c. Hinc natum adagium: Aspendius Citharœdus, cuius inibi Ciæro meminit.

f Oestros. Ptol. Cestrum nominat, & Strabonis tralati codicæ ferè ita habent. At quia ualidissimos ait Pomponius mallem equidem Oestros legere, nam Græci ὁροπ furorem dicunt, ut illi à atissimo fluxu nomen uenerit, quā ad nauigia idoneo. **g** Cataractes. ea crebris precipitijs non sustinet. **h** Ita dictus. nā καταράττεις Græcis, idem est quod cum impetu impello, inde Cataractæ fluviorum intra angustas rupes subinde sequentium dicuntur, qualis illa Nili, de qua supra. **i** Diana. Id templum extra oppidum in ædito colle situm est, ubi quotannis celebris

celebris accolarum conuentus, & annua illic festa Straboni. Cicero actione in Verrē. 3. Perge fanum antiquissimum & sanctissimum Diana scimus. ^a Sardemisos. Hoc nomen id Tauri iugum habet, quod intra Lyciam et Pamphyliam in nostrum pelagus imminet: meminit eius capite uigesimo septimo libri quinti Plinius. ^b Phaselis. Piratarum iam olim perfugium. Propter quod M. Cicero act. in C. Verrē. 6. Mamerium Siciliæ oppidum Verri Prætori, Prædomi, & Piratæ Siciliensi Phaselis quandam fuisse ait, quod omnes furorum aerores illuc deportasset.

templum. Trās eosdem mons ^a Sardemisos, & ^b Phaselis a^c Mopso condita, ^d finis Pamphyliæ.

LYCIA.



Ycia continuo, cognominata a Lyco rege Pandionis filio, atque (ut ferunt) infestata olim ^e Chimæræ ignibus.

gust. hystoriæ quinto, iuxta mare Caspium, ubi montanis & præruptis Albanorum undæ succidunt, adeò Etesiarum flatus ualere, ut uada impletantur fluctibus hyberno Austro, hoc est Borea reuolutis, ut pulso introrsus frico littora nudentur. Hunc ego locum existimo, per quem Persæ elapsi sunt, cum illuc Alexandri copiæ peruenissent: quod ipsius Iosephus lib. antiquitatum secundo, miraculo tribuit, sicut miraculo Moses per Erythreum adentibus aquis transiisse creditur: nolente uidelicet Deo, Persarum regnum ab Alexandre destrui. Quanquam in aliquibus codicibus non Pamphylio, sed Parthico legitur. Crinitus lib. 17. sensum Iosephi uertit, & Alexandrum mandasse undis ut retrocederent, affirmat, ut deuictis Persis regno potiretur: quod non fuisse, satis indicat Strabonis locus. Et uideri potest nullo prorsus contigisse miraculo, quod Mosi sinum Arabicum transiunti accidit, & Exodi. 14. cap. scribitur. Nam mare hoc, ut Strabo scribit lib. 16. fluit & restuit, quod Aelio Gallo, quem in Arabias Augustus miserat, maxime obfuit, nauibus scilicet longis, quas fabrefecerat, persæpe uado herentibus. Fieri igitur potuit, ut fluctibus aequalibus Moses, qui peritisimus omnis philosophiæ fuit, natura loci obseruata, transferit. Pharao uero rerum harum imprudens, his horis fuerit alucum ingressus, quibus maris impetus redire cœperit, & medio eum transuersu obruerit. Ceterum, ut miraculo tribuam & ratio facit facti, & sacre scripture auhoritas, quam secutus diuus Cyprianus in eo sermone quem de spiritu sancto habuit: Hic, inquit, spiritus rubri maris aquas siccavit, et suspensis hinc inde uehementibus fluctibus ab ollis carnium & Aegypti pulmentarijs populum ad spiritalem eremū cibum perduxit in columnē. Porro non admodum diuersum de Heliso legimus, qui rapto iam Helia, Iordanis aquam tunica Helyæ percussam diuisit, atq; ita transgressus est, uelut cap. 2. quarti Regum scribitur. Illud autem alterum loci & maris inge nino omnino tribuo, & euenisse credo. Esto ut friuolum commenticiumq; Crinitus neget. ^c Mopso. M. Cæro lib. de Diuinat. primo, scribit Amphiliocum, & Mopsum præclaros augures Argiorum reges fuisse. & urbes in ora maritima Grecas condidisse, Mopsum tempore Troiani belli in Cilicia regnasse Euseb. scribit, à quo conditam Phaselim uero est simile. Ceterum de Mopsi, qui plures fuerunt, libro nono Strab. & non indigna lectu Codrus Vrceus Grammaticus, quem euidem primæ notæ inter suæ tempestatis doctos uiros duxerim, sermone illo eruditissimo, quo omnia fabulam esse contendit. ^d Finis Pamphyliæ. & c. Liuius quartæ Dec. libro septimo: In confusio, inquit, Lyciæ & Pamphyliæ Phaselis est prominens penitus in altum, conspiciturq; prima terrarum Rhodus à Cilicia potentibus.

Notæ.

Codrus Vt/ ceus.

LYCIA.



YCI A propè tota Tauro premitur, eius iugis bona parte clausa. Lycios autem aliquando Termulas dictos Herod. libro septimo scribit: post Lycios à Lyco Pandionis filio, qui cum à proprijs terris exijsset in regni partem à Sarpedone acceptus est. ^e Chimæræ ignibus. Ouidius ea de re Chimærifer à uocat Lyciam lib. sexto: Iamq; Chimærifer cū Sol gravis ueret arua, Finibus in Lyciæ. Miror autem dicere potuisse Pomponium, in re adeò manifesta (ut ferunt) cum arsisse Chiméram ita sit notum, ut nihil magis: nisi fortè fabulam Chimæræ à Bellorophonte uictæ aspernatus est. At quid est aliud scita fabula, quam amoena ueritatis inuolutio, ad hominum usum, atq; oblectationē comparata? Chiméram monstrum triforme in Theogonia Hesiodus his uersibus, ut Richardus meus Bartholinus transtulit, significauit: Huic tria sunt capita, & fertur primum esse Leonis Pulchr' oculi capræq; simul, fortisq; Draconis: Ante Leo, retroq; Draco, medi umq; capella est. Pegasus hanc uicit, & magnus Bellorophontes. Græci χιμαιρα capram nominant. Inde elegans illa Horatiu[m] metaphoræ ad puerum obsoleti scortuli amore captum libro primo Carni. Vix illigatum te triformi Pegasus

Chimera:

Horatius.

Pegasus

Pegasus expediet Chimera. Seruius. 6. Aenei super illo Virg. Flammisq; armata Chimera: Reuera, inquit, mons Ly-

cie cuius hodie quoq; ardet acumen, iuxta quod Leones sunt, media uero pascua sunt, & ima serpentibus plena.

Hunc Bellorophon habitabilem fecit, unde Chimoram occidisse dicitur. Plinius nono capite libri secundi: Flagrat,

inquit, in Phaselide mons Chimera, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, exa-

tingui uero terra aut feno Gnidius Ctesias tradidit. De re consimili Cornel. Tacitus lib. 13. scripsit: Miris ignibus

in Germania enatis, qui nec imbris, nec aquis pluvialibus arceri, sed solis tegminibus obtundi potuerint. Homerus sexto

libro Iliados Chimoram animal dixit in-

domabile, inexpugnabile, neq; humano, sed diuino genere ortum. Apollonius Thia-

neus cum in Sialia montem Aetnam arde-

re uidisset, talem rationem attulit: Terrā

bitumini sulphuriq; commixtam facile ar-

dere, atque ex ipsa ignem nasci, quamuis

ille alicubi non emititur: quod si cauerno-

sam terram esse contigerit, ut per ipsam

spiritus aliquis ingrediatur, tunc flammā

attollit, que magis magisq; aucta, uelut a-

qua è montibus in campos effluit, quādo-

q; etiam usque ad mare delata, quasi flu-

minis cuiusdam ostia facit. Nihil diuersa

Iustinus ex Trogo libro quarto scribit. Ita uero in Meteoris de Prochite Pontanus: Illa solo fumante, graui cona-

sa ruina, Spargit desertos inændia lata per agros. Pertimuit mare flâmigeros deuoluier annes, Incensum & late

scopulos super æra ferri. Plinius in Lycia Hephestios montes esse scribit, qui tæda flammante tacti adeò flagrēt,

ut lapides quoq; riuorum & arenæ in ipsis aquis ardeant. Græci ἡφαλσοπ Vulcanium dicunt, & ipsum Vulca-

num ἡφαλσοп nominant. Inde Hephestia urbs Lycæ Vulcano sacra, Solino: eam Plin. neutro protulit. Hodie iux-

ta Saxones in regione quam Misniam uocant, mons ardet perpetua caligine fumans: subtus aunciali sunt, è quibus

accolis euecta adusti lapidis frusta carbonum præbēt uicem, nec aliud fomenti genus ignem diutius retinet. Dum hec

scribebam, Viennæ Austriæ constans fama increbuit, ardere intra paucos menses in Styria cœpisse montem: ea pel

lectus Maximilianus Cæsar August. nuncijs ad inquirendum missis, ita esse ut fercbatur, comperit. Variat in his mi-

rificæ natura, & in Campania Vesuuus, qui flagrare desijt, ardere primum cœpit Titi Vespasiani imperio: id quod

in uita eius adnotauit Sextus Aurelius Victor. Ea, ut suspicor, nouitas hominem nature rerum audiſſimum Plin. Se-

cundum ad hoc illexit, ut uidere cupierit, absumptum (mirum) rerum nouarum amore. a Sydæ portu. Plinius

Sydam in Pamphylia locat libro quinto. Straboq; libro duodecimo iuxta Aspendum statuit, ubi Cilicæ Piratæ capti

uos olim sub hasta uendiderunt. Pomp. aerte in Pamphyliam inclinare non renuit. b Taurus. Nemo de Tauro

copiosius elegantiusq; Plin. cap. 27. quinti libri, quem & simiam eius Solinum in Cilicie descriptione legit: nam

& hic auhor lectu dignissimus est, non tam quod rerum illustrium breue traxit è Plinio compendium, quam quod

emunctæ phrasis & appositæ in hoc scribendi genere dictioñis author est: quanquam res pleræq; omnes quas tra-

cta, Plinij laboribus debentur. Medium Taurus ceu immani dorso per Asiam excurrit, & ad orium Solis ubi assur-

giu, admodum est solidus: occasum uersus ubi nostrum attingit pelagus, in septentrionem immanibus iugis egredia-

nec nūnus alius in meridiem, immensus ubiq; & innumerarum gentium arbiter, à quarum diuerso situ

diuersa est sortitus nomina. Totus examuſim picturæ fide, & tabularum eidem itia nosa hodie potest.

c Dextro latere. Si ab eius ortu in occasum prospidas. d Magnarumq; gentium. Scythicarum, & In-

dicarum, quæq; in occasum utrinq; iuxta sunt. e In pelagus. Non solum mediterraneum, sed et in Indicum &

Arctoum. f Idem. Taurus, inquit, adpellatur à primo exortu, nec aliter: quod nomen alioqui sibi præcipuum

& generale est: Quanquam Plin. Iamus, inquit, prima parte dictus. &c. Græce in uniuersum Ceraunius dicitur.

Ego apud Plin. Iamus lego, non Iamus, uersis literis. De Imau enim nemo nescit. g Hæmodes. Vbi Indiam,

quæ exira Gangen ab ea Scythia diuidit, quæ extra Imaum, Ptol.

h Caucasus. Supra Iberiam ac Albaniam in

septentriones Ptolemeo: quanquam alibi quoq; id nomen habet, & totus Taurus Caucasi nomine intelligi potest, ut

persepe partis uocabulum toti figuræ tribuimus. Philostratus libro secundo: Caucasus, inquit, Medium atq; Indiam

terminans, in mare rubrum altero cubito descendit. &c. Vbi multa de Prometheus ad Caucasum ligato, quem au-

thore Seruio, primum Assyrijs Astronomiam & syderum motum, quæ in Caucaso obseruauerat, explicuisse cōstat:

ut dubium non sit Tauri iuga in meridiem egredientia, Caucasi nomine intellecta esse classicis scriptoribus.

i Paropamisus. Vbi Bactrianam à Paropamisade seiungit. k Caspiae pile. Qua inter Medos & Para-

thos in Hyrcanum procurrit. Ptole.

l Nyphates. Supra Assyriam ad finem maioris Armenie. m Portæ

Armenie. Vbi in Moschicos montes, quæ & ipsa Tauri iuga sunt, inclinat. Martia. libro sexto: Portarum, inquit,

etiam

Cur montes
ardeant.

Pontanus.

Mons Mis/
nia ardens.

Plinius incē
dio absum/
ptus.
Taurus.

Laus Solini

Imaus

Caucasus.

Prometheus

eū nomina censentur, & alibi Armeniae, alibi Caspiae. De Caspijs & Solinus. **a** *Patara. à Pataro conditore. Hanc Ptol. Philadelphus auxit, & Lyciacam Arsinoēn nominavit, sed antiquum nomen retinuit, aucto- re Strab. Inde Patareus Apollo dictus, & Lyciae sortes Virgil. & libro tertio Thebaid. Statio memorata.*

b *Xanthus. Alius ab eo qui in Phrygia est, huius quoque lib. Iliad. & meminit Homerus, aliquando syrtis nominatus Strabou, qui et Xanthum inter maximas Lyciae ciuitates numerat.* **c** *Cragus. Qui*

ciuitas, atq; ut multa oppida, sic præter^d Pataram nō illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis quondam opibus, & oraculi fide, Delphico simile. Ultra^e Xanthus flumen, & Xanthos oppidū, mons Cragus, & quæ Lyciam finit, urbs^f Telmisos.

CARIA.



Aria sequitur. Habitatur incertæ origi- nis: aliij indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant, genus usq;

septimo. Strabo est author, Lycios aliquando adeo ciuiliter continenterq; uixisse, ut cum feliciter in Italiam usq; ma- ri dominarentur, tamen in ullo turpi lucro nunquam sese extulerint, secundum patriæ morem in Lyciaci conuen- tis administratione permanentes. Vigintitres apud eos urbes in suffragijs dandis participarunt: & ex quaue ciui- tate consultandi gratia in unum conuenerunt: quodq; pars maxima comprobauit, id decreto stetit. Hoc more Græcia dum libera fuit, per Amphyctiones, quibus, ut Tacitus ait, præcipuum fuit rerū oīm iudicium, in mediū cōsuluit, de qui- bus Strabo libro nono, & libro decimo sexto Diodo. nam Plinius libro nono, Amphyctiones publicum Græcie consi- lium nominat. Seruant hunc morem hodie propè peculiariter Heluetij, gens libera, nūssis ē foederatis ciuitatibus, pa- gisq; gnaris, qui de rebus communibus mature simul, & circunspicte consultent. Similis & Caribus conuentus ad lous Chrysaorēi fanū insignis fuit, unde & cōuētus ipse Chrysaorēus dictus accolis, authore Strabone.

CARIA.

Lyciorū mo- res.

Helvetiorum cōsulēdi mos



ARIA. Hæc eius Asie que minor dicitur, prima est regio. Minorem autem Asiam Plinius libri quinti, capite. 27. ab ortu Lycaonia & Phrygia illa que Galatiam & Pysidas attingit, ab occasu toto Aegei maris excursu à meridie Aegyptio pelago, à septentrione Pa- phlagonia terminat. Ptolemæus libro Cosmographiæ. 5. à septentrione eam Bithynia finit, ab ortu uero Lycia & Galatia, à meridie Lycia quoque, ab occasu Aegeo, ampliorem statua- ens, quā Plinius. Strabo libro duodecimo à principio: Iuniores, ait, eam que intra Taurum est Asiam eodem nomine uocauere, quo totam continentem: in ea uero conti- neri ab oriente Paphlagones, Phryges, & Lycaones, inde Bithynos, Mysos, & eam, que

Epietus nominatur, mox Troadem, Helleponsum, & ad mare Aeoles, Iones, Cares, & Lycios. A quo certe non admodum dissentire mihi Cicero uidetur, qui in oratione pro Deiotoro: Etenim, inquit, si Antiochus rex Asie, qui posteaquam à Scipione deuictus, Tauro tenus regnare iussus est, omnemq; hanc Asiam, quam nunc nostri prouinciam fecerunt, amisisset & cetera. Idem multo euidentius pro L. Flacco, nāq; ut opinor, ait: Asia uestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Idem pro Pompeio, miris eam laudibus extollens: Asia, inquit, tam opima est, & fer- tilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine pastionum, & multitudine earum rerum, que exportantur, facile omnibus terris antecellat. **f** *Incerte originis. Strabo libro uigesimo quartu inter omnia constare scribit, quod sub Minoë fuerint tunc Leleges adpellati, & insulas habitarint, post uero continentis ha- bitatores factos, Pelasgis ea loca tum occupantibus, sedes ademissæ. De his Ouidius libro nono Meta. Cares & armi- feros Lelegas, Lyciamq; perarrat, & libro octavo Maro: Hinc Lelegas Carasq;. Vbi probe Seruius Insulanos fuis- seeos scripsit. Nam præter ea que attulimus, libro duodecimo Strabo: Cares ait, cum prius Leleges & insulares es- sent, terrestres facti sunt, fauentibus Cretensibus, qui Miletum considerunt duce Sarpedone Minois fratre, qui & Minyas in Lyciam habitatum duxit, & Termilas nunc pauit, qui tandem à Lyco Pandionis filio Lycij adpel- lati sunt. Beroaldus igitur grammaticus Seruū temere incusat, quod insulanos Cares dixerit. Nec est dubium, tam Theffaliam Leleges, quam Epiron, ut pleraq; alia Græcia loca tenuisse, ex Strab. Porrò & Megarenibus sua ab Lelego Aegyptio Carum rege origo fuit. Hinc illud de Megaris apud Ouidium libro Met. septimo. Tutus ad Alca- thoēn Lelegeia mœnia limes. Et Locri illi, qui postea Epicnemidiū uocati sunt, Leleges ante dicebantur auctore lis- bro quarto*

*De fēsus acā- lumnia Ser- uius.
Lycij unde dicitur.*

Cares bellis/
cosi.

Adagium.

Caunij uale/
tudinarij.

Halicarnass/
sus.

Mausoleum

bro quarto. Plin. **a** *Armorum. Insignes bellatores fuisse Cares, paſſimq; ſtipendijs, ut mererent pro- uocatos conſtat: arma quoq; ab iſpis cognominata ſunt, ſi quae idonea & belle adparata uiderentur. Hinc Anacreo compactum Cariæ lorum dixit: & Alcæus, Caricam criftam, authore Strab. Ob crebrum uero militie uſum, & uitæ in iſpis incuriam quandam adagio locus datus eſt: In Care periculū facito, cuius doctiſima eſt apud Erasmus expli- catio.* **b** *Pedalion. Vtriusq; Plin. meminit. Crya illic quoq; oppidū Stephano, à quo promontorio nomē, cæterū Crya ne an Ciria legēdū ſit, Hermolaus diſputat ſuper cap. 31. lib. 5. Plin.* **c** *Caunus. Meminit Calbis Strab. & adiuncti oppidi Caunt æſtate & Autumno, ut ipſe sit, ad inhabitandum grauis ob calorem & po- morum copiam. Ob id Caunij peſtilenti cœlo eſſe dicuntur. Hos cum intuitus eſſet Stratonicus Cithareduſ, homo ſalibus ple- nus, illum ex. 6. Iliados uerſiculum in eos recensuit: Tale quidem genus eſt hominū, quale eſt foliorum: liuorem uidelicet, quo omnes pallebant, fugillans. Caunij uero cum hominem inæſſiſſent acrius, quod ur- bem ut morbitam carperet: Ego, inquit, morbitam diſere auſim, ubi mortui ambu- lant, urbanius multo acriusq; quam prius illudens.* **d** *Gelos. Alter portus, & ille cui & cetera. Quanquā Plin. et Ptol. Cressa ſive Cresso Rhodo proximus por- tus eſt.* **e** *Larumna. Plinius et Strabo Lorima. Liuius libro bel. Macedonici septimo: Cum oram Afiae le- gerent, Lorinam (portus aduersus Rhodium eſt) peruererunt.* **f** *Aphrodisium. Plin. Aphrodiſias dici- tur.* **g** *Hylam. Plin. Hydam nomi- nat. Item Acantum non Cynotum, uide Hermol.* **h** *Gnidus. Clara me- moria Veneris à Praxitile ſculptæ, & alu- mnis plerisq; uiris maximis. Situm peninsulæ uide apud Ptol. tab. I. Afiae.*

i *Ceranicum. à Ceramo oppido Ptol. Euthane ex Plin. Hermolao notiſima eſt, ut reliqua ſuperiora, que pretereo ut inſignia minus.* **k** *Halicarnassos. Clara Herod. Heraclio poëta Callimachi ſocio, & Dionys. hystorico, qui res Romanas Strabonis temporibus ſcripsit. Regia olim regum Cariæ fuit, ab Alexandro ca- pta, & Ade regine Idriei coniugi, quam Pixodarus eiecerat, regendam tribuit, ut Diodorus libro decimoſeptimo, & libro decimoquarto Strabo ſcribit. Iuxta eam Salmacis ille eſt, molles effeminateſq; faciens, de quo libro qua- to transfor. Ouid.* **l** *Mausoli. Hic Hecatoni Cariæ regis filius, & Idriei frater, Artemiſiam ſororem ſi- mul & uxorem habuit: cui mortuo, cum coniunx post constructum marito monimentum mœrore abſumpta eſſet, Idriēus ſucessit, huic Artemiſiae ſoror Ada coniunx fuit, cuius, ut dixi, Alexander miſeritus eſt. Lege Strab. De amo- re in Mausolum Artemiſiae, Gel. le ge. 19. a. libri decimi. De Mausoleo uero, quod inter orbis miracula ſpectatum eſt, Plinius quinto capituli libri penultimi. Herod. libro ſeptimo, Vocabulum ipsum penul. producit. Luca. libro octauo: Pyramides claudunt indignaſq; Mausolea. Quem uerſum corrumpere Tortel. legens, multum in huius vocabuli ex- plicatione hallucinatus eſt. Quin & in Cares prima ſemper producta eſt. Mar. Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant. Contra Nestorem, qui primam indifferentem eſſe putauit.* **m** *Iasius. A Iaso oppido in eo ſito Plin. & Ptol. De Bargylo, alijsq; illic oppidis capite uigesimali libri quinti. Plin. Ptol. Bargylam nowinat, à Bel- lorophonte conditam Stephanus ſcribit.*



IONIA. *IONIA ab ortu Lycaones, & Lydos habet, à ſeptentrione Aeoles, ut à meridie Cares: quan- quam Plinius Dorin post Halicarnassum à Stadio oppido orditur, inq; Doridis ſinu inter cetera op- pida Euthanen locat. Præterea ab Iasio, non Basilico Ioniam incipit. Eius uerba capite uigesimali no- libri quinti hec ſunt: Ionia ab Iasio ſinu incipiens numeroſo ambitu litorum ſectitur. In ea primus*

primus sinus Basilius, Possidium promonto. & oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymae Apollinis & cetera. Quæ omnia alioqui ad Pomponij sententiam admodum accidunt. Strab. quoque à Possidio ad Phœgam usque, Ioniae regionis oram expandit. Branchide, Strabo, post Possidium, inquit, Milesium est oraculum Apollini Didymæo sacrum apud Branchidas, ad. 18. stadia ascendenti: id à Xerse invensum est, quem admodum cetera tempa omnia, Ephesio excepto & cetera. Nomen à Brancho Thessalo ortum, quem imperfectum

Apollo Et Phœgam usque, Branchida.

culum Apollinis, dictum olim^a Branchidæ, nunc^b Didymi. Miletum urbem quondam Ioniae totius, belli pacisque artibus principem, patriam^d Thaletis Astrologi, &^c Timothei musici, &^f Anaximandri physici, aliorumque ciuium inclytis ingenij merito inclytā, utcunq; Ioniā uocant urbē^h Hyppia amnis Mæandri exitum, Latium mōtem Endymionis, a Luna (ut ferunt) adamati fabula nobilem. Deinde rursusⁱ inflexa, cingit urbem^m Prienen, & Gessi

acriter dolens Apollo, templo & sepulchro consecravit, amatumq; celebri sui nominis oraculo donauit. Terentia. Pastorem Branchum, quum captus amore pudico, Fatidicas sortes docuit de promere Pæan. Stat. 3. Theb. Patrioq; & equali honori Brachus &c. Vbi Placidus Terentiani uersus citans, corruptus est, addito uidelicet uersiculo nihil ad sententiam faciente, sic: Hymnum Branchidæ Phœbo æanisse Iouīq;, cum non Branchidæ, sed Battiadem legitur apud Terentia. sic: Nec non & memini pedibus quater his repetitis, Hymnum

Lactan. Placidus Terentianus

Battiadem Phœbo cantasse Iouīq;. Per Battiadem, nisi fallor, Callimachum intelligens, qui Cyrenaicus fuit, à Battia eius urbis conditore, de quo nos alibi retulimus. De Branchidis, & ædis magnitudine Strab. plura, qui lib. II. Alexandrum Branchidarum, qui Xersem scuti essent, urbem iuxta Bactrianam euertisse, quod sacrilegium haberet os di, cum ædis sacre pecunias illi ultero obtulerant, cum per Ioniā iter fecisset. De Sybilla non inælebri, quæ ad Brachos uaticinata est, scribit lib. 20. honeste discipline Crinitus. b Didymi. Ideo dicti, quod ex uno fonte lucis genuo sydere spacia diei & noctis illustrat, ut Macrobi scribit lib. Sat. I. c Miletum. Hanc Neleus condidit: quanquam & a Crescensibus Miletii Iouis filij auspicijs aliquando conditam urbem in illis locis antiquam Miletum dictam, ex Ephoro Strab. scribit & testatur Ouid. illa uero super. 80. urbiū per curvata maria genitrix, totius Ioniae clarissima fuit, eodem authore, bis constata, à Persis prius, mox Alexandro ab ea excluso, maxima uiuere oppugnante. d Thaletis. Unius ex septem sapientibus, qui primus Physiologiae & Mathematicæ author fuit Strab.

Apollo cur. Didymus

e Timothei. Hic ille ejus qui duplum mercedem ex discipulis, qui apud alios Musicam didicissent, postulare solitus fuit, quod eos non disserere modo sus, quam aliorum male tradita dedisse oporteret, ut est apud Quintilianum. Hic. 17. libros de Musica scripsit, & antiquam illam eius asperitatem in molliorem modum mutauit. An. ini. Alexander

Timotheus

murus rector: nam ut libuit, nunc ad arma prouocauit, nunc deflexit ad pacem. f Anaximandri. Discipuli Thaletis, qui primus Læudemone Horologium sciotericum in loco captandæ umbræ idoneo statuit, in quo solis per signa conuersiones, & ipsa & quinoctia gnomone indicata adiecit. Cuius usum multis desitum seculis nuper reuocauit Andreas Silborius Mathematicus clarissimus: adiectis horarum diuersæ obseruationis & questionibus. Addit Strab. Milesijs Anaximenē, & Hecatenum clarum h. storicum, & Aeschinē oratorem Pompeio molestem, atq; ideo missum in exilium. g Ioniā. Catexoche, tanquam totius regionis nomine dignam uisam. Eius auis Cadmus

Anaximander

fuit, qui primus profaciam orationem condere instituit, authore lib. 5. Plin. h Hyppia. Plin. eam trans Mæandrum Aeolianam uersus locat. i Mæandri. Crebris flexibus ita sinuosi, ut ad orientem reuerti credatur, Cygnorum copia memorabilis. Hic Mæonios, Lydos, Liaones, Cares, & Ionas lambens, ad decimum à Miletio stadium leuis illabitur mari. Plin. T. Liuius lib. quartæ Decados, 8. Mæander, inquit, ex arce summa Celenarum ortus, media urbe discurrens per Cares primum & Ionas in sinum maris editur, quod inter Prienen, & Miletum est. k Latium. Hunc pleriq; Lamium nominant. Sed Strab. & Plinio Latnius: in quo perpetuum illud somnum Endymion dormierit, cum id à Luna adamatus obtinuisse. Strabo libro. 14. haud longe à Miletio transfluuiolum quendam, apud Latium montem Endymionis sepulchrum positum in spelunca quadam ostenditur. Quantum ad fabulam attinet, ita Ouid. lib. de arte amandi tertio: Latnius Endymion non est tibi Luna pudori. Originem eius ueritas fecit.

Andreas Silborius

Multa enim ad Lunæ motum attingentia primus reperit Endymion: & ob id amore eius captus fama traditur, ut Plinius & Fulgentius scribunt. Nam uero est notum, quam sint ad syderum obseruationem commoda loca praælata. In Aegypto locus quidam editus specularum Eudoxi nomen habet, quod hic cum ad Aegyptios duæ Platone doctrinæ gratia profectus esset, res coelestes ex illis obseruavit, ut strabo libro ultimo haud obscurare indicat. Contra uero equa de planiae li. de diuina. 1. Cæro, Aegyptius ait, quem admodum & Babylonios in camporum patentium & quo ribus habitantes, cum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officiare posset, omnem auram in syderum coniunctione & cognitione posuisse. Nec sive caret illa de Prometheus & Atlante fabulositas. Alex. lib. problemati. I. Endymion, inquit, homo coelestium cursuum studiosus, cum Lunæ cursus faderet, uarias quereret, nocteque uigilaret, in terdiu dormiret, deliciae Lunæ fuisse, somnoque dormuisse inexpugnabili, edocetusque ab ea ut philosophus, in cause ipsius solutione fingitur. Notum est adagium: Endymionis somnum dormire, quo usi sunt Cæro & Aristoteles. l Infexa. Sinus eos uide in tab. Asia. 1. Ptolemei. m Prienen. Biante alumno nobilis: qui patria aliquando ab hostibus

Bias

G

b hostibus capta, cum reliqui omnes fugientes quidpiam rerum suarum a sportassent, quæsitus ipse cur adeo nil efferret: Omnia, inquit, mea mecum fero. Summas diuitias in animo statuens. Meminit Ciæro in Paradoxis.

a Panionium. Nomen datum, quod omnibus Ionibus in eo loco confluentibus, olim Neptuno Heliconio cognominato, Prienensibus sacrificantibus festum diem agere mos habuit. Plinius & Strabo regionem illam circa Gessum fluvium omnibus Ionibus sacram, Panioniam nominant. Ptolemaeus degenerè uocabulo Pangilium.

b Phygela. Plinius iuxta,

inquit, fugitiis conditum, uti nomen inditio est Phygela, nam φυγή fugam significat. Strabo Pygellam nominat à Pygallis quibusdam Agamemnonis sociis, qui ibi calamitatibus fatigati remaserint. In eo est Munychia Diana templum Agamemnonis opus Straboni, Græcis μουρυχία Diana dicitur. Aliás Munychia Athen. portus. **c** Ephesus. Insignis quoniam fame, & Diana spectatissimo templo, tum & clarorum virorum, quorum genitrix fuit, dignitate, ab Androclo Codri Athen. regis filio condita, ut ex Pherecide scribit Strabo. Iustinus libro secundo ab Amazonibus conditam ait, quod ipsum & Plinius libro quinto confirmat. Eius alumnus Heraclitus fuit cognomento Scotinus: hoc ipso commendabilis, quod cum Hermodorum virum probatissimum in exilium ob Iustitiae & virtutis amorem, eicatum uidisset, omnes Ephesios dignos esse dixit qui strangularentur, quod Hermod. virum inter eos eiecssent, dicentes: Nemo nostrum frugi esto, alioqui cum alijs eliciatur. Strabo: Ex ea fuit Hippomachus poëta, Parrhasius pictor, & Apelles, quanquam hunc Coum Ouidius nominavit: Si Venerem Coum nunquam pinxit Apelles. Ad hos Pauli extant Epistole. De Diana templo Plinius decimo quarto capite penultiimi libri, qui fundamenta calcatis primum carbonibus, mox uelleribus lanæ substrata fuisse ait.

220. annis à tota Asia conditum est. De templo conscripsit librum Democritus quidam ab Abderitano illo aliis, ut Diogenes refert. Operi prefectus Ctesiphon fuit. At Strabo Diana templum Archiphron, inquit, mire fabricatus est, ut ad secundariam structionem Plinius respexisse videatur: nam existum ab Herostrato maximis sumptibus ut alijs sepe restauratum est. Solinus quoque Epheso, inquit, deus est templum Diana Amazonum fabrica adeo magnificum, ut Xerxes cum omnia Asiatica templo igni daret, huic uni pepercerit. Iuxta, Asylum fuit, quod tandem Augustus saeculum refugium existimans irritum fecit. Cuius quoniam meminimus, in transcursu id quoque referendum, authore libro tertio Tacito, Tiberij imperio adeo per Græcas urbes Asiae licentiam atque impunitatem Asyla statuendi increbuisse, ut ea de re missis legatis cognoscenda à Patribus fuerit decretum. De origine autem, atque unde huiusmodi perfugijs Asylie ius dari potuerit, non obscure idem author indicat. Dedere quondam Imperatores populi Romani, eratq; munificentie monumentum, uelut ad Diana leucophrenes cognominatae Phanum apud Magnetes, quod Asyli iure donauit L. Scipio, & L. Sylla Imperatores, exercitus Ro. ob Magnetum erga Romanos contra Antiochum & Mithridatē perspectam fidem. Post uero utilitate simul & sanctitate cognita, ut est natura liberum, & ad impunitatem natum humanum genus, certatim à ciuitatibus raptum, placuitq; ut ad Deorum simulacra delubraq; & Principum statuas Asylum esset. Patres autem, quod illi peregre agentes permisissent, Ro. in senatu confirmare solitos constat, ne temere quis institutum suspicaretur, quod scorsum nulla iusta causa natum uideri poterat. Tacitus libro quarto: Is quoque annus legationes Greccarum ciuitatum habuit, Samijs Junonis, Cois Aesculapij delubro uetus Asyli ius, ut firmaretur, petentibus. Nam apud Romanos prius omnium Romulus ad conciendam plebis multitudinem, Asylum, tristante Liuio, posuit. Durat hodie quoque mos uetus ad immunitatem ecclesiarum (ut pleraque omnia vetera) translatus, & Principum auctoritate sanctus iniulatusq; haud quam importuno aduersus precipitem ultiōem, & ab ira properantia consilia remedio.

d Caystros. Iuxta Caystrum pari claritate memorabilis est Cenchrius amnis, per lucum Ortygiam fluens, in quo Latonam fabulantur ab Ortygia nutrice lotam ex partu: accide aditum olim quo peperit, ipsamq; oliuam, sub quo partu liberata quieuit, monstrare soliti fuerunt. Tacitus libro tertio. Vbi de horum legationibus ad Senatum missis: Primum, inquit, omium Ephesi adiere memorantes, non ut uulgas crederet, Dianam atque Apollinem Deo lo genitos. Esse apud se Cenchrium amnem, locum Ortygiam ubi Latonam partu grauidam, & Olee que tum etiam maneat, adnisam, & didisse numina, Deorumq; monitu sacratum nemus. Quam uniuersam tamen Latone fabula plerique omnes Græcorum & Latinorum ad Delon insulam, & uetus simam in ea Oliuam, cuius Plinius & Ciæro meminere, referunt: Indicante id ipsum quoque in sermone primo Codro Vræo perquam præstantis in ultra que lingua ingenij uiro: Ut uerisimile sit Asiaticos, ut de suis locis idem referrent, nominis allusione invitatos, cum Delos aliquando & ipsa Ortygia dicta sit, siue magis famæ studio ductos, credendum est. Ut hodie quoque Christianis nobis è mortuorum ossibus magis quam uiuentium operibus fama queritur, incredibili quorundam in reliquiarum usu durante iactantia, tanquam referat huius ne an illius ossa auro clausa ueneremur: ac non magis standum nobis sit, quid Deus præcepit, non quid homo fecerit. Ut non dicam interim quam friuolum, quamq; plenum

Ephesus.

Hercules
Scotinus.

Templū Dia-
ne Ephesi.

Asyli ius un-
de

Tacitus

Libertas eccl-
esiastica.

Cenchrius.

Contra super-
stitiosum reli-
quiarū cultū

plenum ridicula uanitate horum studium existat, qui è pauperum uisceribus omni exactionum genere aurum, quo cadauera uestiant, extorquere malunt, quām tyrannide spreta, & deuicta auaritia, his similes esse, quorum non quidem uestigia imitari, sed ossa, baculos, uestes, atq; etiam calæos demirari uidemus. Iam dum certi esse nequeunt, coniecturis depugnant, & historias ingerunt nullo authore, plerunq; fabulosas: de cultris, ensibus, securibus, & reliqua carnificum officina altercantes. Nec id satis est, plures hodie cuspides ostentant, quibus Saluatorem confos

sum esse credamus: præterea diuersissimis in locis adeò tota sibi sanctorum corpora uendicant, ut nisi Geriones quosdam tris corpora fuisse imagineris, intelligere ne qucas qd fiat, quod illi te credere iubent. Deum immortalem, quām bene cum Christiana republica ageretur, si primorum ex emplo hæc demum sententia stare posset, que uiuam maiorum uirtutem de mortuis obibis anteferendam iudicaret, magno bracteati honoris contemptu. a

*Bracteatus
reliquiarum
cultus.*

Lebedos, Clarij^q; Apollinis fanum, quod ^b Manto Tiresiae filia fugiens uictores Thebanorum ^c Epigoⁿ, & ^d Colophon, quam Mopsus eiusdem Mantus filius statuit, ad promontorium quo sinus clauditur, quod altera parte aliud, quem ^e Smyrnæum uocant, efficit, angustisque ceruicibus reliqua extendit, inde latius abit in peninsulæ faciem, super angustias, hinc Teos, illinc Clazomena: & quia terga iungunt confiⁿio adnexa maris, diuersis frontibus diuersa maria prospectant. In ipsa peninsula est ^g Coryna. In sinu Smyrnæo est ^h Termodon amnis, & urbs Leuca; ex tra eum Phocis Ioniæ ultima.

*Clarius A/
pollo.*

ius Plinius libro secundo, & alicubi Macrob. meminerunt. Cæterum non fœmina, ut apud Delphos, sed artis familijs, & fermè Mileto acitus sacerdos numerum modo consultantium, & nomina audit: tum in specum digressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerunq; literarum & carminum, edit responsa uersibus compositis super rebus, quas quis mente concepit, sicut libro secundo Augustalis historiæ scribit Tacitus. b Manto. Hæc Thebis confitatis, multa seruitute pressa demum in Asiam uenit, illic Rhacium quendam Myceneum secuta, cui oraculo suadente nupserat, iuxtaq; Lebedon Apollinis fanum struxit. Demum in Italiam profecta, ex Tiberino Ocum suscepit, cuius libro Aeneid. decimo meminit Virg. Hic Mantuanam moenibus cinctam matris nomine donauit. De Tiresia multa libro undecimo Odysseæ Homerus, & libro tertio transfor. Ouid. c Epigonos. Hoc est posteros. Euseb. in Chroni. Interactorum, inquit, posteri, qui uocantur Epigoni, aduersus Thebas bellum mouerunt. Hermol. Veteres quoque Tragœdias hoc nomine inscriptas Cicero testatur, qui lib. de Officijs .1. Qui, inquit, uox freti sunt, Epigonos Medeamq; eligunt. d Colophon. Hæc clarissima urbs adeò olim equestribus ualuit, ut ubique bella difficulter componi poterant, Colophonij equitatus auxilijs dirimerentur. Mopsus autem, cuius hic meminit Ponpius, ille est, qui cum Chalcante illac cum Amphito post Troiana bella pergente, in augurandi peritia certauit, uictrumq; mœrore ad mortem adegit, de quo digna lectu Strabo libro decimoquarto, ubi de Colophone illa, quam multa Homeri patriam fecerunt. Viri ex ea clari, Xenophanes Physicus, & Mimnermus Elegiarum scriptor. Strab.

Manto.

*Homeri paf.
tria.*

Anacreon.

Corycus.

Leuca.

AEOLIS.



Linius quoque libro quinto: Aeolis, inquit, est quondam Myisia appellata, & qua Hellepono adiacet, Troas. Celebris ille tractus, & cum sinibus magnis, tum claris oppidis memorabilis, maxime uero insulis iuxta sitis felix, Lesbo & Tenedo, & ab Aeolijs illuc appellantibus nomen adeptus, cum ex Tyrrheno illuc adnauigassent. a Myisia. prima syllaba iam in & diphthongo, iam y psilon scripta. Ptolemæus quatuor Myisas facit, in Europa duas, superiorem & inferiorem, de

Mysiae quatuor.

quibus secundo libro. In Asia maiorem & minorem: de maiori intelligit Pomponius, que per Phrygiam, & supra Troadem in Galatiam uergens late patuit. Nam & Teutraniam, que supra Aeolijs est, Mysi habitarunt, ex Europa cum Phrygis & Thinis profecti, à quibus tandem in Asia quoque Mysi, Phryges, & Bityni. Plinius cap. 32. libri quinti. Minor autem secundum Helleponi oram in Bityniam & Propontidem inclinat.

Gryneus A / pollo.

Oenomaus.

Archesilas.

Academie in disputando mo destia.

Solini error.

Hermolaus : Ioannes Picus.

Adraستia Ne mesis.



Roxima regio, ex quo ab Aeolijs incolli coepit, Aeolis facta, ante "Myisia, & qua Helleponum attingit, Troianis possidentibus Troas fuit. Primam urbem a Myrino conditore^b Myrinam uocant: sequentem^c Pelops statuit uicto Oenomao reuersus ex Græcia: Cymen nominauit,^d pulsis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. Supra^e Caicus inter Eleam decurrit & Pitanem illam, quæ^f Archesilan tulit, nihil affirmantis Academiæ clarissimum antistitem. Tum in promontorio est^g Canna oppidum, quod præteruectos sinus excipit non paruus, sed^h longe ac molliter flexus, retrahensque paullatim oras usque ad ima montis Idæ. Isthmos paruis urbibus aspersus est, quarum clarissima est Cistena. Gremio interiore^k cāpus Thebæ noīe,^l Adrimitis

b Myrinam. Sebastopolim cognominat, portu nobili, & in Elaitico sitam sinu. Iuxta, Gryneum est Myrinorum oppidum, ubi templum olim Grynei Apollinis candido structum lapide, & oraculi fide memorabile. c Pelops. Hic ut est ferè notum, Tantali potentissimi Phrygum regis filius fuit. Cūq; Hippodamiam Oenomai Pisæ regis filiam, coniugem desiderasset, iniquissimis conditionibus propositis ab Oenomao rejectus est:

que res bellū suscitauit, in quo Myrillo præfecto suo proditore, regno Oenomai Pelops potitus est. Hic ille Poëtarū fabula. Sed ad historiam Pompo. respexit. Lege. libro quinto Diodo.

d Pulsis. Alijs enim colonis inductis, sui nominis memoriam fecit. Scribit libro quarto Diodorus: Myrinam Amazonum maximam ducem, in Asia Cymen, Pitanem, Prienen aliaq; nonnulla per id littus oppida struxisse: nonnihil à Pomponio diuersus, nisi apud alterutrum corrupta est lectio. ab hac Cymeos incolas Liuius cognominat.

e Caicus. Vide primā Asie tabulā Ptol. Ab Elea Elaiticus sinus Straboni, à Pitana incole Pitanei & Pitaniæ, sicut ab illa que in Laconia est, Pitana, ut Hermol. afferit.

f Archesilā. Hic, ut M. Cicero scribit lib. de finibus. 2. Socratis mōre diu intermissū uindicās instituit, ut qui se audire uellēt, nō de se quereret, sed ipsi diceret quid sentiret. Idē li. de Orato. 3. de eodē: Primū, inquit, instituit, quāquā id fuit Socraticū maxime, nō quid ipse sentiret ostendere, sed cōtra id qđ quisquā se sentire dixisset, disputare. Rursū lib. 2. de Diuina. in fine: Quū autē sit, inquit, Academiæ iudiciū suū nullū interponere, ea probare que similia ueri uideātur, cōferre causas, et quid in quāq; sententiā dici possit, expromere, nulla adhibita sua autoritate, iudiciū audiētiū relinquere integrū et liberū. &c. Quibus uerbis nihil affirman tis Academiæ mos abūde explicatur: desperata enī cognitione certi, id tātu libebat sequi, qđ uerisimile uideretur. Ea de re Phauorinus apud Gel. li. ultimo ad Sextū Celiciū: Noli, inquit, ex me querere quid ego existimē: scis enī solitū me pro disciplina, quā colo, inquirere potius quā decernere. Solinus nescio quomodo cōniuēs, magno errore Archesilā & Stoicū, & ex Laconica Pitane ortū credidit, cū Academicus & Pitaneus fuerit. De quo Ciāro ī Academicis.

Itaq; Archesilas negabat esse quicquā qđ sciri posset, ne illud quidē ipsum quod Socrates sibi reliquisset. Lege Dio genē lib. 4. Solini erratū Hermolaus prodidit, summi iudicij et solidissime doctrinæ homo: que odiosa fati seueritas, florētissimæ uitæ munere priuauit, ipso etiamnū iuuene extincto: Id quod in Ioāne Pico Miradula tāto uiro ipse mea cū persæpe non sine quadā animi exacerbatione memoria prosequor. Non præterierim in Pitane lateres adeō leui esse argillæ materia, ut in aqua supernatet. g Cāna. Strab. Canas lib. 13. noīat cū promontorio, inter quod et leētū Troadis promontoriū. Sinus est ab oppido Adramytes, à mōte Idæus dictus Straboni. Vide Ptol. h Longe. Quia amplius est. i Isthmos. Ille qui inter Elaiticum & Idæum sinum prominet. De Cistena etiā Plin.

K Campus Thebæ. Meminit eius Strab. Theba uero dia potest uel Thebæ cāpus, sicut Mygdonia uel Mygdonia cāpus, ut inibi Adraستia uel Adraستie dicitur: locus ubi Adraستia Nemesis olim, haud lōge à Thebis fanū, unde adagium oratum: Adraستia Nemesis, in eos, qui superbiæ & insolentiae, fortuna mutata, dare pœnas uidetur, de qua paulo infra.

l Adrimiti. Legendū Adramittium, Astyram & Eressam: notissima illa oppida sunt, scribitur autē et Adramittium & Adramytem, ut ex Stephano adnotauit Hermolaus. Quin & Adramytes Plinio. Inde Adramitteni dicti autores, Ciāro pro Flacco: Quid si etiam occisus est à Piratis Adramittenus homo nobilis, cuius est ferè nobis omnibus

omnibus nomen auditum. **a** Antandrum. Hæc prius Edonis dicta est etiam Plinio, mox Cimmeris, ab Edonibus Thracie maritimis populis, & Cimmerijs. Hermol. ex Aristotele testimonio id afferente. Virg. Aene. 3. Classemq; sub ipsa Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ. Vbi Serui. de nominis causa eadem referens, non Ascanium, sed Polydorū captū, ea urbe redemptum esse scribit. **b** Pro Andro. & vtr i& vno pōg. **c** Pro uiro. Qui Græca & vng dicitur. **d** Gargara. Iuxta quæ solū frugum feracissimū est, ut Macro. lib. 5. scribit. De Asso etiā Ptol. De Gargaris Ouid. Gargara quo se getes, quo habet Melymna rāmos. Ea considerunt Asij. **e** Ἀχεῶπ λιμήν. hoc est Achiuorum portus, à Græcis illuc adpellentibus nomen indeptus. De Ilio uero, unde (ut Plinius scribit) omnis rerum claritas orta est, nemo non nouit. Scribit Strabo Alexandrum, & post eum Cæsa. Dictatorem de Iliensis exornandis multum sollicitos fuisse: ille quod Homeri effet studiosus, hic quod Troiana se stirpe oratum agnosceret. **f** Sigeum. Id à silentio dictū plerique autunant, quod Hercules Ilium capturus eo in loco magno silentio deliterat. Græcis στύγαω silco signifiat. **g** Statio. Cum mari, tum terra, cum Ilium obserarent. **h** Scamander. Navigabilis. Catullus in Pelēi nuptijs, ubi de Achille: Testis erit magnis uirtutibus unda Scamandri. **i** Xanthus. Nam & Homero celebrata sunt cum primis, mox alijs, qui rerum ad Ilium gestarum meminere. Est in iisdem locis Xanthus, qui Simoëntem rapiens in Achœorū portum defluit. Quanquam de natura animalium tertio Aristoteles tradit fuisse, qui Scamandrum, ab Homero Xanthum vocatum autumarit, quod oves potius flauas reddat: ut uerisimile sit in horum annuum nomenclatura Xanthi nomen consulto Pomponium præterisse, quoniam Scamandrum censisset.

K Iudicio Paridis. Silius li. sc=Iudicium Pa
ridis.Solis ortus
ex Ida mirus.

Lucretius.

Collimitius
mathemati
cus.

plimo. Laomedontæus Phrygia cum sedit in Idæ Pastor, & errantis dumosa per aavia tauros Arguta reuocans ad roscida pascua canna, Audiuit sacrae lentus certamina forme. Cum reliquis, quæ illic à Proteo de Paridis iudicio referuntur. In eandem de Idæ sententiam Diodorus libro decimo septimo: Sanè (inquit) omnium qui circa Helleponsum sunt montes altissimus, habetq; ad sui medium ueluti deis accipiendis antrum, ubi trium deorum iudicium ab Alexandre factum esse prædicant.

l Aliter quam in alijs terris. De prospectu illiusmodi ab Idæ & Solis ortu, pariter & Lucretius quinto libro, & libro iam citato Diodo. qui alicubi non dissimilia de mero Solis apud Arabes ortu tradit. Tota uero ratio referenda est ad aëris diuersam ex uaporibus nocturnis dispositionem: nam fit, ut lux eiectorum supra horizontem radiorum, prout aër aut serenus, & caligine erasatus est, nunc clara, nunc fusca magis uideatur, & pari ratione iam rotundo aspectu, iam in sparsam rubedinem expansa: dum interim Sol horizonti magis magisq; approximat: Idq; in æstiuis noctibus maxime, quando longior existit auroræ circa horizontem mora, & his qui iustalatitudine in Arcton uergunt, pernox obtuse lucis presentia est. Diodorus aëreto hoc in Canicula exortum refert, ut dubitari nequeat, contingere id potissimum, cum circa æstiuam stationem Sol est. Lucretij uersus hi sunt: Quod genus Ideis fama est è motibus altis, Dispersos ignes orienti lumine cerni, Inq; coire globum, quasi in unum & confidere orbem. **m** Ingens globus. Id per matutinam caliginem præfidentibus, in alijs Planetis quoque adparet. Evidem memini me mense Octobri anni ab hinc quarti, Georgio Collimitio Mathematico, cum à uiris principibus in Hungariam Vienna uocatus esset, expeditissimi itineris comitem, immo ut ipse aiebat, Achaten fuisse. ibi uero cum nocte tota, ut illic est moris, in perpetua planicie Pannonica ucheremur, & ipse somno destitutus, mecum de uarijs, que adparebant, stellarum imaginibus commenta retur, multum sermonem in quartam usque castrensem uigiliam trahebamus; interim ad orientale horizontis latus

Spartianus.

Locus Ouidij explicatus

ingens quidam nobis ignis suscitari uisus est, quem à pastoribus excitatum credebamus: mox die ad proximante, cum se altius ab horizonte extulisset, gratam Veneris stellam, quæ tum Luciferum agebat, agnouimus, tanta magnitudine ad parentem, ut quidlibet citius, quām Planetam credideris. Adeò locorum aërisq; ratio prospectus evidentiam uariare solet. Spartianus in Hadriani uita author est, Hadrianum in Siciliam nauigasse, & Aetnam ascendisse montem, ut ortum Solis sub arcus specie cerneret: & in Syria cum esset, Casium ascendisse, ut orientem cerneret Solem. Ex quo mihi fit uerisimile ex altissimis qui busq; montibus, Solem obseruantibus ascē dentem in alio atque alio, ut sic dicam, uul tu adparere. Causam retinente, ut dixi, aurora: quæ reuera aliud non est, quām aēdentium tenebrarum lucisq; ingruentis cōfusio quedam à diluculo in præsentem tra etta diem. Nec nisi in aëre, eoq; proximo nobis conspicua est, etiam si cœlestis uideatur. Ea de re ipsa aurora ad Iouem apud Ouidium libro .13. Metr. ita in = fit: Omnibus inferior quas sustinet aureus eihes: Nam mihi sunt totum rarissima tempa per orbem. Quo in loco ad auroræ naturam uates doctissimus respe xit. Inferior enim est: quoniam in infima cœli conspicui parte ad horizontem adparere solet, primum, mox diffundi aplius, donec conspicuus Sol sit, præterea non nisi à latere orientis, nec semper æernitur, ea causa rarissima sibi in orbe templa esse queritur. Quanquam ut semper crepusculum aliquibi est, ita semper aurora, semper nox, semper dies: sicut nullum existit temporis momentum, in quo non & meridies, & simul noctis medium aliquibus sit, quæ neutiquam prostrata ratio ex noticia circuli illuminationis deprehenditur. Porro quod ad prospectum attinet, non ignoror ex Dioptria, Solem uideri posse, ante quam uere supra horizontem asenderit, ob radios salicet fractos, ea ratione, qua in pelui nummus, ab oculo ad ærtum obtutum fixo per aquam cernatur, qui per aërem uideri non poterat.

a Rhetæa littora. Plinius libro quinto: Extra sinum, inquit, Rhetæa littora, Rhetæo & Dardania, & Arisbe oppidis habitata. Strabo libro decimotertio. Dardaniam à Dardano conditam scribit. Ouid. libro primo Tristium: Dardaniamq; petit auboris nomen habentem. Est & iuxta promontorium Dardanum. De Aiæas sepulchro & Achilli quibus id littus inclytum est, inter alios Plin. Strab. ait Ilienses Aiaci, Achilli, Patroclo, & Antilochos sacrificare. Heracli uero non ob alias causam, quām quod eorum aliquando urbem est depopulatus. b Arctius. Ob Thraæ Cherronesum prominenti sese Asie oræ opponentem. c Diuidens. Remota enim littora non diuidit, sed abluit: nec latus faciunt terre, sed littus, ubi uero sunt angustiae, ibi terminantia terrarum oras, latera sunt magis quā littora. De illo uero loco sic libro quinto Plinius: Impetum deinde sumit Helleponus, & mare incubit uerti bus limitem fodens, donec Asiam abrumptat Europe.

BITHYNIA.

Bithyni inde



Ithyniam Ptol. lib. 5. aliter, quā Pomp. terminas, à Rhindaci eam fluminis ostijs orditur, & oppida quæ citra in occasum & meridiē sita sunt, Asie minori, quæ illic ad Helleponi angustias, Phrygia nomē habet, tribuit: cuius pars etiā Troas est, auctore Strab. lib. 7. Quāquā Plinius lib. 5. Phrygians Troadi superiectam, tanquā illa alia foret afferit: forte Phrygiā maiore intelligēs. Nā Straboni lib. 12. duplex Phrygia est, sicut & Mysia in Asia, ut in minori sit Troas. Idem in hoc littore adusq; Euxinum pontum, Helleponū, Propontidē, Bithyniā, & Bosporon facit cap. 31. lib. 5. Bithynorū originē ex Europa uenisse antea ex Plin. ostendimus. Strab. lib. 7. & 12. Mysos quoq; & Phryges, tum & Mygdones, & Bebryces ex Europa in eas terras uenisse scribit. Nam Bebrycia prius hec & Mygdonia uocata ast. Terra rerum omnium, & cū primis Crystalli ferax. Solin. à Bithyno nomen deriuat. Nota illa Romanis, & Caesaris Dictatoris olim apud Nicomedem agentis alumna. e Bithyni. De his Claud. lib. in Eutropio secundo. Thini Thraces arant, quæ nunc Bithynia fertur. Ante enim ad Mysiam totus ille tractus attinebat, ut Strab. scribit lib. 12. Herod. lib. 7. addit Bithynos aliquando Strimonios dictos, quo à Thracia exacti illa loca Strimonis accole occuparint. f Mariandynei. Noti populi, Plinio post Sangarim, qui prope medianam Bithyniam prolabitur, siti, Ptolemeo propius qd Cion & Parthenij ostia, unde Paphlagonibus initium est. Strabo libro. 7. itidem ex Europa profectos illic sedem occupasse ait.

Leander.

g Abydos. Intra quam & Seston contrapositam septem stadiorum mare interlabitur, Plinio. memorata uero Abydos Leandri fato in Hero percuntis, & eo freto mersi: unde Leandrium Helleponum Silius dixit libro 8. Mille rates uidit Leandrius Helleponus. h Lampsacum. Ante Pytiusa uocata: unde non cōdita à Phœtis, sed habitata potius uidetur, nomine ex oraculi fide mutato: nomine à splendorē tractū est: nam λαμπτω idem est quod splendeo

splendeo. Stra. urbem clarissimā nobili portu esse ait, & templo matris deū insigni: Ammianus lib. 22. à rege Persarum Themistocli donatum olim, quod idem & Strabo refert. ^a Parion. A Milesijs, Erythreis, Parisq; conditum: iuxta quod Ophiogenes, hoc est serpentinæ dicti fuerunt adusque Varonis tempora, quibus quemadmodū in Africa Psyllis, contra serpentes ingenium fuerit. Hi serpentum morsus solo contactu leuare, & manu imposita uene num extrahere corpori soliti sunt, auctore capi. 2. lib. 7. Plinio: meminit & Strabo lib. 13. Nomen oppido à Paride datum, tribus ferè annorum decadibus ibi enutrito, ut quorundam sententia est, qui & Amandrum ante dictum uolunt. Paris autem Iasonis fuit filius Ammiano lib. 22.

Ophiogenes

^b Priapos. A Priapo Veneris & Liberi filio condita, qui à uicina Lampsaco etiam Lampsacenus dicitur, ex Lampsaco enim eum ortum Seruius scribit, & Valer. Flaccus lib. 2. Sed suus in Venerem raptat deus &c. Et Helleponiacus, Maglibr. Geor. 4. Helleponiaci seruet tutela Priapi. Vbi multa Seruius. Cœptus autem ibi colli, ob uincta uberrima, que iuxta in Pariana, & Lampsacena regione sunt, auctore Strabone. ^c Amoris. inter Leandrum & Hero. ut in epistol. Ouidi. & in Georg. Seruius. ^d Propontis. Eius situm ut expansus est inter Helleponi et Bosphori fauces, ex Ptole. tab. prima Asia discito. ^e Granicus. De pugna illa ad Granicum, Diod. 17. lib. Plutar. quoq; & lib. 2. Iusti. in ea sexcenta millia hominum cœsa fugataq; sunt. Victa ab Alexandri exercitu non maiori. 30. duobus millibus peditum, et equitum millibus quatuor, & quingentis: quibus omnibus nihil degaga cogitamibus, non in pedibus spes, sed in lacertis fuit, magno fugati Darij dedecore. ^f Cyzicium nomen. Nobilis cœvitas, arce, moenibus, portu, turribusque marmoreis Asiaticæ plagiæ littora illustrat, ut scribit Florus in bello Mithridatico libr. 3. Libera illa aliquando, & agri diues muliisque in honore à Romanis habita. lege Stra. li. 12. De Cyzico ipso Val. li. Argonauticō. 2. Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti Vrbs placidis demissa iugis, rex diuitis agris Cyzicus &c. Hic cum Minyæ naues soluisserint in Bosporum nauigaturi, & noctis caligine, tum et Typhis naucleri somno in priorem portum uersa clas seuenis adacti essent, tumultu in oppido suscitato, turba duæ Cyzico eruit, Pelasgos qui odiosissimi Cyzici erant, adesse rata: ubi per imprudentiam Cyzicus occisus est. Lege lib. 3. Flaccum. Nomen igitur eius, qui immerita morte decubuisse, Minyæ æternum esse uoluerunt: nam ante Arctonesus, Diolionis, & Didymis appellata est Plin. Vide Hermol. super capi. 32. libr. 5. Ouidi. ab Aemonijs extractum putat lib. 1. tristium. Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus. Iuxta clarissimum templum extitit Nemesis Adrastra, de qua sic Antimachus, ut Georgius traduxit Tiphernas. Est dea, quam Nemesis dicunt, dea magna potensque, Quæ bona cœlestion concessu cuncta deorum Possidet: huic primus sacratam condidit aram Fluminis Aesapi gelidas Adrastrus ad undas, Atque ibi nunc colitur, seruatque Adrastra nomen. ^g Placia. De Placia etiam Plin. Val. Flaccus Scylaceon nominat lib. 3. Spumosumq; legit fracta Scylaceon ab unda. ^h Olympus. Vide situm eius apud Ptole. Alius hic à Theſſalo est poëtis memorato. Eius Herodo. meminit lib. 1. Per pulchra de Apro illo Mysio hystoria adiecta. Non ignoror in Lesbo & Lycia montes olim Olympi nomine Plin. ceteris. ⁱ Rhindacum. Notum flumen ex Strab. & Plin. Terminus est Asia à Bithynia Ptole. & Plin. De anguis in eandem sententiam scribit Secundus libr. 8. cap. 1. 4. ex autoritate Metrodori. ^k Dascylos. Ptol. & Strabo Dascylum nominant: & hic iuxta lacum Dascyliticum. Plin. Dascylon, ut Pomp. ^l Myrlea. Ante Apamea dicta. Plin. sicut Apamea, inquit, que nunc Myrlea Colophoniorum: nomen hoc à Myrlo Colophoniorum duce, illud ab Apame Nicomedis matre eius, qui Prusiae regis filius fuit, ex Stephano. In his locis Hydas est amnis & lacus, ad quem Hylam Herculis delicias raptum fabulantur, de quo in Bithynia Solin. fuit & iuxta Parium oppidum Harpagium, apud quod Ganymedem Phrygium puerum ab aquila raptum Graæ fabulositas ausa est afferere. ^m Cion. Olim Prusias dictum. Cios tandem à Cio Heraulis comite, & iuxta fluuius eiusdem nominis.

Priapus,

Granicus.

Cyzicus.

Adrastra
Nemesis.

Hylas.

Harpagium.

Palemon ex Dionysio: Quia Cius egregius decurrens murmurat unda. Plinius Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygie, à Milesijs quidem conditum. Haud longe à Cio fuit Libyssa, clarissimi omnium imperatorum castrorum Hannibalis sepulchro nobilis: illic enim cum Prusam oppidum condidisset Romani in se odij metu ueneno sumpto perire, ut lib. 32. Iustinus scribit. a Olbianus. Ab Olbio, que ante Nicæa dicta est. Plinius libro quinto qui sinum hunc non Olbianum, sed ab alio in eo oppido Astaco, que et ipsa Nicæa media quondam dicta est, Astacium nominat. b In Promontorio. Est scilicet, Plin. c Iacent. Eliso mari, in Europam tendentes, ut graphicè tabula. Asie. I. Ptol. indicat. d Pontum. Euxinum. e Stadijs quinque. Plin. cap. ulti. libr. 5. 500. pass. disternat: uerum quia notule numerarie in Plinianis codicibus persæpe corrupte leguntur, rectius legitur. 625. passuum: Cum et Strabo, Europam illuc ab Asia quinque stadiorum interualllo separari scribat. In hac sententia est etiam Hermol. Ab ea angustia Chalcedo. 12. mil. et. 500. passibus abest Plini. Nam mare illuc longo littoris tractu angustum est. Stadum autem (ut et id obiter notem) octaua pars est mille passuum, hi sunt passus. 125. qui octoade multiplicati mille constituunt. f Templi. Strab. quoque fani Chalcedonij meminit, eiusdem haud dubie cum illo Pomp. g Ingens pontus. Vide de forma Plinium. 12. capi. libr. 4. Strabo. in 7. et in Periegesi Dionysium, Ammianum lib. 22. h Huc atque illuc. In littore meridiano à Bosphoro in ortu ueras, adusque flexuram, è qua Colchis incipit, cuius infra meminit. i Sinuatus cætera. id est secundum reliqua littora in sinum leniter ab angulis flexus. Flaccus li. 4. Atque hac Europæ curuis anfractibus angit: Hac Asiam, Scythicum specie sinuatus in arcum. k Contra. In meridiem, nam in septentrionem dextro et sinistro circum Cimmerium Bosphorus littore paulatim et leniter sese flectit, fastigiatq; donec per angulos rectum littus attingat, quo fit ut arae tensi speciem habeant: nam Bithynorum, Paphlagonium, et Cappadocum littus rectum chordæ tensæ respondet, reliqua ab angulis trans Cimmerium flexura aram incuruum reddit: Læuum autem et dextrum secundum latera ortus occasusque sumenda sunt: esto aliter Ponti dextrum a Strab. ponatur lib. 12. De ponto Luc. lib. 8. Bosphorus et Scythiae curuantem littora Pontum. l Nebulosus. Flaccus lib. 4. Illic umbrosæ semper stant equore nubes: Et non certa dies, primo nec Sole profundum Soluitur et c. m Feruens. Undis scilicet à uado elisis. n Axenus. In hospitialis. Plini. lib. 5. Pontus Euxinus antea ab inhospitiali feritate Axenos appellatus est. Ouidi. lib. tristium. 4. Frigida me cohident Euxini littora ponti, Dicitus ab antiquis Axenus ille fuit. o Euxinus. Græcis οζεν οι hospitialis dicitur, ευζεν inde pontum dixerat mutatis moribus hospitaliore factum. Ammianum. li. 20. Eniochi, inquit, Sindi et Achei intendeant se uitiam licentia diurna, in idere mari nomine inhospitiali, et à contrario per cauillationem Pontus Euxinus appellatur. p Heraclea. Clarissima ob celeberrimas, quas emisit colonias, ut Strab. scribit, diu tyrannorum se uitiam passa, mox libera facta est. Iusti. 15. li. Heracleam à Boeotis iterum oracula monitis in Herculis honorem conditam esse ait. Strab. aliter. q Acherusia. Iuxta hanc Acone portus est, ubi magna aconiti copia prouenit, re ipsa uidelicet fabulae fidem faciente. Est et cognominis specus in Peloponneso, de qua. 2. lib. Est eodem in loco Acheron fluvius, cui Mariadynorum rex Acheron nomen dedit, de hoc Flaccus. lib. 4. Illic pestiferas subter iuga concava torquet. Alter aquas Acheron uastisque exundat hiatu Fumeus et c. quo in loco alterum Acherontem, non tam eius gratia, quem inferis tribuunt, dixisse uidetur, quam ad illius quoque differentiationem, qui in Ambracium Epiri sinum influit. De quo libro secundo dicemus. Quod ad fabulam attinet extracti Ceroberi, referunt Ouidius lib. transfor. 7. et libr. 5. Argonauticon Flaccus.

Hannibal
tumulusEuxinu ma/
re.Euxinus.
Aixenus.Acherusia
specus.

PAPHLAGONIA.



Ius Isthmi, qui inter Euximum & Ciliaum mare procurrit, basis Armeniam minorem habet, secundum Euphratis in meridiem prosum & Cappadociae partem. Citra hanc in occasum uersus Cappadocia est, mox Paphlagonia Bithyniae contermina, & in Phrygiam imminens Galatia, supraq; eā Maeones, Pisidae, Lycaones, reliquus tractus in meridiem & occasum uergens maritimus est, has ctenus à Pompon. redditus: in toto uero tractu illo tres tantum gentes Graecae iure dicuntur, Dorica

scilicet, Iconica, & Aeolica, cetera Barabari tenent, authore Plin. capi. 2. libr. 6.

ipsa Paphlagonia in septentrionem littore uersa, clarissimis oppidis illustris est, et à Paphlagone Phinei filio ita appellata, ut Stephanus prodidit. a Tios. Strabo

Telium nominat, à quo ad Parthenium usq; olim Caucones habitarunt, populi uetus simi, ut ex Homero idem docet. Huic uia trans Parthenium Amastris est urbs amplitudine Teio par, ut Ammianus refert, lege Strabonem. b Milesiorū quidem colonia. Ut morum Graecorū esse debet, sed in Paphlagonum terram simul & mores cessit. c Carambis: Notissimum. Ruf. ex Dionysio: Cessite Paphlagonum surgit saxosa Carambis. ubi fere Paphiaco corrupte legitur. Val. item Flaccus lib. 4. Quid tibi nubifera surgente

Dionysius.

PAPHLAGONIA.
Vm^a Tios oppidum^b Milesiorum quidem colonia, sed iam soli, getisq; Paphlagonū, quorum in littoribus pene mediis promontoriū est^c Carabis. Citra^d Parthenius amnis, vrbes Sesamus &^e Crōna, & a Cytoro Phryxi filio posita^f Cytoros. Tum Cimolis acceditur: & quæ Paphlagoniam finit,^g Armine.



CHALYBES.

Halybes proximi clarissimas habetⁱ Amison & Sinopen^k Cynici Diogenis patriā, amnes^l Halyn et Thermodota. Secundū Halyn vrbs est Lycasto, a Thermodonte cā

be Carambim^e d Parthenius. A Diana, que huius se undis oblectarit. Hinc Val. Flac. lib. 5. Et fatis tibi Typhi negatum Parthenium, ante alios triuie qui creditur amnis Fidus, & Inopi materna gratior unda. Est autem Inopus in Dolo flu. authore Pausania. Locum hunc in Flacco resarsit Hermol. sicut alia pleraq; Sunt qui à pacatissimo lapsu & incessu lenissimo, nomen eum habere autument. e Cromna. Hanc Cytorum & Sesamū, cuius hic Pompo. meminit, in unam ciuitatem redegit Amastris, Dionysius eius qui Heraclea Tyrannus fuit, coniunx, unde & Amastri oppido nomen est, quam cum Cromna tandem esse multi uolunt. De Cromna Flaccus lib. 5. Mox etiam Cromna, que iugo pallente Cytoron. f Cytoros. Iuxta mons buxo abundans, quem Maedoniae esse magno errore credidit Seruius. Virg. Georg. libro. 2. Et iuuat undantem buxo spectare Cytorum. ab hoc que buxeas sunt, Cytoriaca dicta. Ouid. lib. Meta. 4. Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines. Sed lib. 5. aliter: Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat, oppidum aliquando Sinopensium emporium fuit: à Cytoro eam Phryxi filio dictam Strabo afferit & Stephanus. g Armine. Eadem & Armene. De Cimoli nemo ignorat. Non præterierim in Paphlagonia perdices esse, quibus bina corda sunt, ut Gellius ex Theophrasto adnotauit. 15. cap. 16. lib. noctiū Atti. Iuxta Cromnam Eneti clarissima Paphlagonum gens habitauit, à quibus Venetis, qui hodie maxima potentia in intimo Adriatici sinu siti sunt, originem esse Strabo libro duodecimo scribit.

Parthenius.

Cytorus.

Eneti.

CHALYBES.

Halybes. Straboni suis temporibus Chalæi dicti sunt, ante autem Halizonas dictos, uel Homero indicante, multis coniectura est: quod quidem fieri potuisse, Barbaroru nominum inconstancia docet: maxime enim uariantur. Divites hi sunt, uictumq; ex argenti uenis, & ferri metallis querunt. Flac. libr. Argonauti. 4. Non ita sit metuenda tibi scuissima quamquam Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in aruis, Et tonat afflita semper domus ignea massa. Notandum uero & in Hispania Chalybes esse ad eiusdem nominis fluvium adhabitantes pari ferri copia laboriosos, quorum iusti. meminit lib. ulti. Virg. Geor. 1. At Chalybes nudi ferrum. &c. Vbi Probus Chalybes Ponticos intelligit: Tortellius uero & Mancinellus Grammatici, Hispanos. Scribit ex Plin. Ammianus, Chalybes primum eruisse & domuisse ferrum. i Amison. que post uictum Mithridatem Pompeiopolis à Pompeio nominata est, Plinio. Ptol. Chalybes in ipsa Paphlagonia locat, cuius urbes sine tam Sinope quam Amisus. De Sinope Strab. lib. 12. & lib. 5. Vale. Flaccus. Clarissima olim gymnasio fuit, & Sinopica cognominata rubrica celebris: hæc ibi nata Ibera multo nobilior est, cuius Strabo libro 7. & Vitru. ut optime meminerunt. M. autem Cicero in oratione pro Pompeio, haud obsare indicat in Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse, omnifarijs rebus ornatisima refertiſſimaque. k Cynici. Nam & alij fuerunt eius nominis insignes. Hic constantissimi in omnes fortunæ blanditiæ contemptus, adeo Alexandrum uitæ ratione mouit, ut dixisse eum constet, se Diogenem esse posse, nisi Alexander esset. l Halyn & Thermodonta. Maximi amnes, ille Croesi fatu, quod attulisse uisus est, nobilis, hic Amazonum sedibus. Notum oraculū est: Croesus Halyn penetrās, magnam peruerter opum uim. Quo deceptus, cum regnorum opes expectaret, suas profligauit. Scribit in hanc sententiam libra

Chalybes.

Diogenes.

Halys.

Thermodō.

tiam lib. 2. de diuinatione Cicero. Strab. Paphlagoniam ab ortu Hali terminat: inter quem & Ther. Iris est mediam Cappadociam perfluens. Sunt iuxta amnes, Lycus, ad quem Lycasto sita, & Cappadox, à quo genti nomen, Plinio: nam ante Leucosyri dicti sunt. a Themiscyrum. Plinius Themiscyram nominat, ut Strabo, ab eius nominis Amazonum regina conditam, ut alibi quoque per Asiam insignes earum nominibus urbes extiterunt. Scribit Strabo uicinam planiciem semper roscidam & herbidam esse, tam boum quam equarum fœcundam nutricem, ob aquarum co-

Amastra
bonis patria

piam: cui equidem fides dāda est, nā Amazoniam in illis locis insigne oppidum patriam habuit, ut de se lib. 12. scribit. Mirum igitur cur cum Cretēsem Aleriensis afferatur? Aduertendū autem totam littoris orā Ptolemeo & Plinio Cappadociae esse, par temq; eius Palæmoniaci pōti habere nō ab oppido Palæmonio, cuius Ptolemaeus meminit inter littoralia. Vopiscus in Aurelio, ubi de Urbis promeritis: Addidit autem, inquit, Augustus, addidit Traianus, addidit Nero, sub quo Pontus Palæmoniacus, & Alpes Cotie Romano nomini tributae. Est & in mediterraneis Thiana illa

Amazones.

Apollonio alūno celebris, quē Græca ambitio fabulosa miraculorū iactatione tantū nō loue maiore reddidit, ut Damias nugator, et post eum Philostratus confirmauere. Quos imitatus Syracusius Vopiscus, Dij boni, q̄ fabulose in Aureliano de Thiana capta, deq; Apollonij apparitione prodigiosa quādam commenta prodidit. b Amazonū castra. Que illic sedes posuerint. Iustinus lib. 2. scribit Plinii & Scolopitum Scyibas iuuenes regios per factiones optimatum domo pulsos, ingentem iuuentutem secū traxisse, et in Cappadociae ora iuxta amnem Thermodoontem confidisse, subiectosque Themiscyraeos campos occupasse, & multis annis spoliassē finitos. Horum uxores, singulare omnium seculorum exemplum, cum uiderent exilio suo additam orbitatem, arma sumpserunt, finēsque suos summo- uentes primo, mox inferentes bella, defendunt. Eoq; tandem potentia progressa est, ut maximis Asia ciuitatibus imperauerint. Capella lib. 9. more eas Laconum ad tibiam arma moderari solitas fuisse scribit. Nomen habent quod altera mamma, quæ Græcis μαράσ dicitur, careant. Hinc Maro: Aurea subnectens exerte cingula mammæ. Nō ignoro alias plerisq; nominis causas uideri, quas ex Eustathio Stephanoq; conscripsit Cœlius lib. 10. trigesimo capit. Fure re & in Libya Amazones, unde Silius Italicus lib. 2. Haspiten Hiarbæ filiam Amazonica pelta insignem facit. Strabo lib. 11. quæ de his referuntur, fabulosa esse existimat, in qua sententia & Diod. est, & Palephatus, at ut historiam Iustin. ex Trogo retulit. A Thermodoonte Thermodoontes & Thermodoontiacus deriuantur. Propertius libr. teratio: Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis, Thermodoontis turba lauatur aquis. Claud. libro de raptu Prof. 2. Thermodoontiaca Tanaim fregere securi. Lege Herodo. libro. 4. Diod. libro. 3. & 5. & libro. 22. Marcellinum.

Tibaren.

c Tabereni. Rectius Tibareni, uel Tibereni, teste Hermol. Strab. Tabarnos nominat. Iustissimi sunt illi, nec prius prelio congregiuntur, quam diem, locum, & horam ex fide hosti denunciarint. Cum mulier partu liberatur, uir in lectulum tanquam pueri author decumbit, eumque ut pueroram effœta uxor curat, ut ex Nymphodoro Cœlius adnotauit, Val. Flac. lib. 5. Inde Genetæ templum Iouis, hinc Tibarenum Danides post terga lacus, ubi deside mitra Foeta ligat, partuq; uirū souet ipsa soluto. Quo de loco doctissima extat Angeli Politiani ad Pomponiū Letum epistola. Quod ad risum attinet, Ephorus tradidit, & lib. iam citato Flac. d Ultra Carambin. Quamuis ultra sint, longo tamen terrarum intervallo à Carambi Mossynœci separantur. Potuit autem accidere, ut fide tabule peram pictæ deceptus author (ut sepe fit) fuerit. Ego Ptolemeum scriptorem in omni cosmographia principem magis sequor. e Mossynœci. id est turricolæ, qui, ut Strabo libro duodecimo scribit, ferina carne & arborum fructu ueſcuntur, & lignis desilientes, peregrinos adoriri solent: de quibus nos in Elegia quadam de Gryphibus sic: Cœu solet è ramis iunctus Scytha Phasidos undis, Hic ubi Discheris arua inimica patent: Qui dū securus damni per densa uiator Arbusta, & uirides itq; reditque rubos, Labitur elati furibundus caudice trunci, Et nusero saturat prædo cruore manus. Iuxta hos mel prouenit, quod potu sumptum stuporem inducit. Est nota illic gens Heptacomætæ, à quibus tres Pompeij cohortes ad internationem contrucidati. Lege Strab. f Vinculisque. &c. Si plerosque olim principes populi custodia coercuisset, parcus certe omnium rerum suarum dispendio horum errata expiada fuissent: nec toties se se in gessisset Flacci uersiculus: Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Porro & hoc Pompeij loco discitur, quam miserum sit imperare: ut non tam uere quam grauiter, ad suos dixisse Saturninus Tyrannus uideatur, quando dixit: Nescitis amici, quid mali sit imperare, gladij & tela nostris ceruicibus impedit, immiscent hastæ undiq; undiq; spicula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: nō cibus pro uoluptate, nō iter pro authoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Adde, quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam, inhabilis uidetur: sin minus, inest furor: nam quod imperatorem me cupitis, in necessitatē mortis me trahis. Ex Spartiano. g Pernoxij appulsis. Val. libr. Argonauticon. 5. Inde omnem in numeri reges per littoris oram, Hospitijs

Valer. Flac.

Mossynœci.

oram, Hospitijs quis nulla fides. c. De Macrocephalis, et Buxeris Plinius. Ceteri non Discheros sed Bizeres nominant. Palemon ex Dionysi. Bizeres primi, quos iuxta terra Bechirum. Idem Flaccus libr. 5. Moßynceti, et uos stabulis Macrones ab altis, Bizarésque uagi. c. Ammianus quoque lib. 22. Bizares nominat. a Cerasus. Vnde Cerasi poma Lucullus aduexit in Italiam. Plin. libr. 16. et Ammiano. b Trapezus. Libera et vasto moete clausa Plinio. Hac patriam habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnibus illustribus doctrinis homo: qui ad extremam senectutem omnium et Græcarum, et Latinarum litterarum oblitus est. c

Georgius
Trapezun-
tius.

Locus est. A nobis supra redditus. Inspice Ptol. tab. Asie. 3. d Colchi. Veneficij maximi autores, et Iasonis memoria, fabularumque inuolucris nobiles: habent ab ortu Iberiam et Albaniam usq; in Caspium. Ptol. e Phasis. In Moschicis ortus, et qualibet magnis nauigis nauigabilis. Plin. Lucan. lib. 3. Colchorum qui rura serat ditissima Phasis. Multa in uniuersum Strab. lib. 11. Est et oppidum cognomine Plini. quod Strab. Colchorum emporium fuisse confirmat. Ammian. libr. 22. Colchos antiquam Aegyptiorum solum esse refert. Nam linificium adeò apud eos uulgatum est, ut in peregrina quoque loca exportetur. Vnde quidam cognitionem Colchorum cum Aegyptijs ostendere uolentes, fidem ex his capiunt, inquit Strab. f Phryxus. xi. Strab. Leucothoën nominat, quo aries non mactetur, olim diues, etate uero sua direptum à Pharnace et Pergamo Mithridate. Fertur Phryxum Athamantis et Neiphilis filium, cum in ea loca peruenisset, arietē quo uectus erat, mactasse Ioui, aurea eius pelle in templo à se condito suspesa, quā Iason rapuerit, ut Ouid. lib. 7. et. 8. transfor. meminit. Quod ad historiam attinet, lib. 42. Justin. Velleris autem aurei figmentum inde originē habet, quod Colchi aurum è fluminibus, afferibus perfora-

Phryxus.

tis ac lanosis pellibus excerpere solent, Strab. Plin. in Colchide amnem Surium ponit, cuius ingenio ligna immersa lapideo cortice obducuntur. g Montes. Qui statim se à Cerasunte et minoris Armenie finibus extollunt, et longe latèque immanibus iugis serpunt, Tauri, ut ante diximus partes. Flac. libr. 5. Argo. Ultimus inde sinus seu umq; australis Promethei Cernitur in gelidas consurgens Caucasus arctos. Plin. li. 6. cap. 5. Regio, inquit, Colchica, in qua iuga Caucasii ad Rhiphæos montes torquentur, altero latere in Maeotin et Euxinū deuexa, altero in Caspiū et Hyrcaniū mare. De Tauri iugis satis dictum est antea, tu picturam inspicio. h Cygnus. Meminit eius Plin. i Reliquia eius. Flexus scilicet curui litoris. k Melanchlæni. A nigris uescibus nominati. Hero. lib. 4. eos Antropophagos esse ait, ut pañim in Scythia pleriq;. l Terrestria. Interiora et à litoris flexu illo magis amota, multa exēplaria Terrestrei habent gentis nomen. m Sexsolite. Eniochorum pars, nam horum in illo tractu plurima nomina esse lib. 6. refert Plin. De reliquis illis populis Dionys. Strab. libr. 11. à principio, et lib. 6. cap. 4. et 5. Plin. Ceterū à sordido uictu Phthiophagi dicti, tanquam pediculis uescantur: quos Budinos Hero. lib. 4. nominat: Achæos uerouxta, eiusdem nominis oppidum habere Ptol. scribit. Strabo originem à Phihottis Achæis cum Iasone profectis dicit: Eniochorum uero agrum Laconibus tribuit, à quibus Dioscuridam conditam esse constat ex Plinio. Certū est montanos illic lacte, et canibus nutriri, frigoris quod maximum habent patientissimos: uiribus uero præstantes, et ad uenias molestos. Qui in littore habitant, Camaris (id Lemborum genus est) impositi pañim latrocinantur, ubi nauigare non possunt, humeris ablata nauigia nemoribus abscondunt, mox cum annus permiserit, ad consueta latrocinia redunt, Strab. n Syndones. Plin. Syndicam inibi ciuitatem, Strabo ipse regionem nominat, Pomp. infra Syndon. o Dioscurias. à Castore et Polluæ, qui Dioscori, id est Iouis filij dicuntur. Plin. lib. 6. fuisse ait, qui à Thelio et Amphito conditam existimarent, quod ipsum et Solim. assert. Strab. ab aurigis quidem horum, uerū alijs: nā Rhee et Amphistrati nominat. Grexi νιοχες aurigam dicunt: inde est deriuatum vocabulū. Fuit hoc oppidū adeò frequens,

Surus.

Melachlæni.

Scytharū fe-
rocia.

Dioscurias.

frequens, ut in ipsum trecentas nationes, que dissimilibus linguis uterentur, descendere solitas Timosthenes prodiderit, ut Plin. scribit. Strab. (ad eò uariant scriptorum sententiæ) parum illos ueritati attentos fuisse, qui tot gentium illic conuentum fieri crediderint. a Syndonum, scilicet finibus. b Obliqua tunc regio. Vide tabu. 2. Asie Ptole. ad Syndicam enim regionē hinc Euxino, illinc Mæotide urgente ualde angusta est, & propè peninsula. Plini. latitudinem minimam duoru iugerum esse cap. 6. lib. 6. scribit: eam Eionē uocari, quo uocabulo Græci propriæ littoris, quasi Tæmam significant, Hermol. do-

cet. c In lacum & mare profluens. Strab. lib. 11. Supra Corocondamā lacus iacet, qui ab ea Corocōdametis uocatur, & 20. stadijs à uico in mare emittit. Pars uestrō Anticœ & fluminis, quod alijs Hypanim uocant, abrupta & in lacū fluens insulā efficit, que hoc lacu & Mæotide & flumen circa abluitur. Mela penè insulā nominat, & utrumq; alueum lacui tribuit.

Corocondamam Strab. uicum uocat, uide

situm in Peol. Vrbium, quas enumerat Pōpo. omnes nō eminerunt. Hoc tantum monuerim Cepoē pluri ali numero scribi hoc in loco, nam singulari Cepoū Strabo nominat, Hermol. Cimmerium autem à Cimmerijs, à quibus & Bosphorus, quorum maxima olim his in locis potentia fuit, Strab. Meminit Tibullus Cimmeriorum libr. 4. ad Messalam. Nō tandem uero & in Italia Cimmerios fuisse ad Batanum & Auernum sinum, qui subterraneis domicilijs habitationes, & per caniculos commeare suet, toto in illis die delituerunt, noctu tantum ad latrocinia egressi, cum uictum ex metallorum alioqui effossione, diuinationum mercede, & prouentibus ab rege designatis quererent, ut ex Ephoro scribit Strab. Penes hos ingens quondam supersticio increbuit, loci natura erroribus suffragante. Ibi sacra nemora uenerata, fluminibus etiam & fontibus suis horror fuit: specus præterea famosi, & ad inferos crediti aditus, quos intrare fas non erat, nisi Dijs Manibus prius, quo auspiciacione descensus foret, sacrificio placatis. Fuerunt & sacerdotes, ingredi ausorum duces, rerumq; abstrusarum interpretes. Præterea & Stygos & Phlegethōtis illic fama: ac ea de causa totus Plutoni dicatus locus, quod in ferorum sedes crederetur. Vnde & Homero Vatum omnium scientissimo, sua fabule Oeconomia desumpta est, quam libro Odyssæ. II. in Vlyssis cum umbris colloquio comminiscitur. Sciebat enim de Cimmerijs Italæ tale quid rumore circunferri, unde ueri similitudo fabuloso arguento comparatur. Paræ causa Manuanus uates Aeneam suum Cāpaniæ appulsum, Cumæa Sibylla duece sacris ordine peractis, ad inferos mittit, grauissimis hac occasione ueteris philosophiæ locis miro quodam artificio, atque ordine recēsis. Ut dubium esse nequeat, non hos Scythiae, sed illos Campaniæ Cimmerios ab Homero intellectos uideri. Quod sicubi in illos Bosphoranos uidetur d. flectere calamo, nihil mirum, quando isthæc in locoru allusione dissimulatio classicis poëtis etiam familiaris sit: sicut de his ipsis Cimmerijs Valerio Flacco lib. 3. & Ouidio libro undecimo Metamorph. Nec enim nesci erant & in Euxino Cimmerios esse, quos in Arctum paulo remotiores, brumales tenebrae reconderent. Cæterum quod minus hos intelligas, & Maronis imitatione facit, & loci efficit situs. Quomodo enim diei nauigatione plenis uelis, ut Homerus scribit, ad Bosphoranos Cimmerios à Circes domo Vlysses appulerit? Quāmque apte ab inferis digressus citæ nauigatione in Aeaciam insulam, que proxime Siciliam est contendere, tanto remotissimaru partium terræ inter uallo emenso: ut tacet quod Homerus ait, nauigantem cum cum uino, cumq; pane Circem eo ipso in loco asseditam esse. Præterea cum totus fabulose narrationis ordo Italæ Siciliæq; finitima respiciat, sintq; ea omnia & Homero & Virgilio celebria loca, nulla interim de Euxino uspiam aut Bosphoro illo mentione facta: qui factum credamus, Homerum uoluisse ex Italia, & à Circe illa deducere Vlyssen in extimum usque Bosphorum locorum intermediorum describenda serie neglecta? Porrò cum uero similia ubique Homerus sestatu sit, credimus ne committere cum potuisse, ut à Sicilia in Bosphorum Cimmerium unius diei nauigatione, uel plenisimis uelis perueniri posse tradere uolueri? Sed Strabonem satis est produxit eximium Homeri in his præsertim, que ad locorum historiæ pertinent, interpretem: qui libro de Cosmographia quinto, ex Ephori autoritate omnia illa fabulamenta ad Campaniæ Cimmerios refert: quos penes & Stygis, & Phlegethontis, et Auerni nota protritâque multis seculis nomina extiterint. Eam ob rem adagium de Cimmerijs tenebris natum, rectius mea sententia ad Campaniæ Cimmerios, quām Bosphoranos illos referetur, non è Maronis & Homeri autoritate tantum, sed eo ipso maxime, quod Bosphorani luce æstua longissima fruuntur, multoque minus uel brumalibus tenebris infames sunt, aut damnati, quām Scythæ remotioris, magisque sub Arcto iacentis innumeris populi. Campani uero non nisi ignis ministerio lucis beneficium accepunt, quod in Academicis ipse quoque Cicero innuit, cum ait: Ignes tamen aderant, quorum illis uti lumine licebat. Festus quoque Pompeius: Cimmerij, inquit, dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt: quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione, in qua conuallis iugo satis eminenti circundata est, que neque matutino, neq; uespertino sole contigitur. Retuli hec eò libentius, ut faterer mirari me plerosq; Bosphoranos Cimmerios, apud Homerum intelligentes: quod non uideam, quibus moti argumentis id faciant, Maronis imitatione manifeste reclamare. Nec ignoror tamen de Vlyssis erroribus Aristarchum & Crateten diversa tradidisse, authore libr. 12. Gellio: & Crateten

Cimmerij in Italia.

Homerus Cimmeriorū Italæ meminit.

Adverte.

Strabo: Ephorus.

Adagium.

M. Cicero.

Aulus Gelli hi.

Crateten quidem in octavo, Aristarchum in nostro mari errasse Vlyssem tradidisse. Quod si quis apud Homerum libro undecimo Odyssæ, per Oceanū exterius pelagus, quo terræ ambiuntur, intelligit, ne ad illos quidem Bosphorus unquam peruenit Vlysses. Tacitus tradit in Germania quandoque indicata Vlyssea monumenta fuisse, nem̄ opinor pariter fabulosa. Phanagoria, ut ad institutum reuertamur, penultima producta pronuntianda est, nam & diphilongo scribitur Græcis. Iuxta Phanagoriam Apaturon locus est, & Veneris templum, cognominata

Venus Apaturia.

Apaturæ, id est deceptorie. Hic enim cū

turia.

Gigantes eam adorirentur, Heraule inuocato tamdiu in latebris delituit, donec Gigantes sigillatim exceptos dolo illi occidēdos tradidit, authore Strabone. Inde & Athenienses, postquam Xanthus Bœotiorum dux, à Melanthe, qui partium erat Atticarum, dolo oppressus est, Celenis potiti, Apaturia festa, id est deceptoria instaurerunt. Qua de re in libro selectoru per pulchra adnotasse se mihi retulit Cœlius Calcagninus Ferrariensis uir ut genere nobilis, ita summa eruditione præditus, & rerum cum à Latinis tum à Græcis traditarum eximie peritus: pérque hæc, quod rarum est, singulari quadam præditus humanitate: quod ipsum cum ante fama nuntiā intellexisse, his diebus, quibus hæc scribam, re ipsa sum experius, quam Hispano Ferrarensi Cardinali, principi optimo in Pannoniam comes, Viennæ Pannoniae præsentia sua, summa cum uoluptate fruenter, accedente Andrea Marone Ferrarensi, maximi, & amoenissimi inge-

Cœlius Calcagninus.

Andreas Maro.

nij Poëta, quem & ipsum non inuita, mo-

nimentis exquisite doctrine editis, posteritas amplexabitur. a Hac ingressos. Mæotim describit, cuius si-
tum ex Ptolemeo disce. b Terras. Cum Asie, tum Europæ iterum enim illuc adproximant, ad Tanain coitu-
re. c Mari. Euxino. d Margine. Excurrentiū utrinque in Bosporū terrarum. e Mæotici. Agri
cultores bellicosi, quorum plurimæ gentes, quarum fit apud Plin. cap. 7. sexti libri mentio: sed potissimi Toreatæ, Phi-
cores, Arrichi, & iuxta Tanain Iaxamatharum genus, de quo & Ptol. Mitiores sunt, qui Bosporanis adiunguntur,
seuissimi uero qui in Tanain uergunt. Strab. f Fœminæ. Que hodie quoque ex his locis in Sarmatiā non mi-
nus quam uiri eruptionibus finitima infestant, de quibus & terro libro Pomponi. g Sagittisq. Veneno tinctis.
Luca. libro tertio: Tinxere sagittas Errantes Scythia populi. Idem libro primo Silius Italicus, Et libro tristium
tertio Quid. & cum primis capite penultimo libri undecimi Plinius. h Nubunt. Eum morem Amazonibus tri-
buit Herodotus libro quarto: que & ipse Scythe sunt. i Tanais. incertam originem habet Straboni, uerū
quia à septentrione fluit, & Nilo opponitur, uero simillimum est ex Rhipheis descendere, qui immanibus iugis Ar-
aktion prospiciunt: accedit Herodotus, q. libro quarto Tanain ex palude oriri, & in uastiorē diffundi nomine Mæotis,
qua regios Scythas à Sarmatis discludi ait. Non diuersus à Ptolemaeo, qui Basilicam, id est regiam Sarmatiam ab
Europea Tanais intermedij fontibus sciungit. Scythæ Tanain Silin vocant, sicut Mæotim Temerinda, quod ipso-
rum lingua matrem maris significat. Fuit & oppidum Tanais, ad amnis ostia Plinio, à Græcis, qui Bosporum te-
nuere, condita, Strab. Ostia duo eius sunt. 70. inter se stadijs distantia. Vide Ptolemaeum. Quo minus uero quic-
quam euidenter deprehendi his locis potuerit, coeli asperitas, & ipsa immanitas accolarum inhibuit. Vt cunque, Pom-
ponij sententiam Ptolemeus confirmat, cui ut recentissimo fides adhibenda est. Non ignoro fuisse qui Araxeo eum,
hoc est Caspio aequore deriuari, & per Caucasum (ut Strabo libro. 7. ait) defluere crediderint: necpe falso, quan-
quam in Periegesi Dionysius, Rufo interprete, idem confirmat his uersibus: Europam atque Asiam Tanais disti-
munt amnis, Hic se Sarmaticis euoluens finibus, alta (Scissus Araxeo prius aequore, iam suus) unda Effluit in Scy-
thiam, procul hinc Mæotida Thetin Intrat, & inserto freta pellit uasta fluento. Secutus fortasse in Argonauticis
Orpheum, qui in eadem sententia fuit. Sunt qui nominis etymon ab aquarum abundantia reddant, nam ταχός
Greci extensem nominant, quod ad fluminis tum magnitudinem, tum celeritatem perbelle accedit. Multi à Ta-
nao Scytharum rege in eo submerso. Tuum est lector elicere quod uero duxeris similius. k Lux-
ta. Pari modo, pariter. Sallustius in Catilina: Eorum ego uitam mortemque iuxta existimo.

Tanais.

Silis.

Tanais ex
Araxeo
aequore.

Gynæocra/
tumeni.

Budæus.

Aristoteles.

Paulus.

Augustinus

Turce.

Arymphae.

a Sauromatæ. Asiatici, nam & Europei sunt. b Aliquot nomina. Quorum iustum numerum apud Plinius lege capite septimo libri sexti c γυναιοκρατούμενοι. Hoc est, mulieribus obsequentes morigerantésq;. Hi enim ab illis uicti, ad procreandam sobolem parere coacti sunt, ut Strabo refert. Pandæi quoq; ut libro sexto Plinius tradit, fœminarum parent imperio, & à mulieribus reguntur. Horum statum eleganter Budæus disertissimilis suis in Pandectas annotationibus Ochlocratiam, hoc est turbulum uocat, cum duris illis parentum est legibus. Hoc uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. Tradit Aristoteles libro Politicon secundo, Gynæocratumenos dici in uxorio imperio uiuentes, quorum status Gynæocratia dicatur, ea forma qua Aristocratis: damnabilis, atque adeò plenus ignauia, ut eodem in libro Aristoteles tradat, parum interesset mulieres ne magistratus gerat, an magistratus gerentes mulieribus parent. Paulus certe Apostolus, à uiris mulieres disere iussit, & in epistola ad Timotheum prima: Mulieri, inquit, docere non permitto, neque autoritatem usurpare in uiros, sed esse in silentio: Adam enim prior formatus est, deinde Eua: & Adam non fuit deceptus, sed mulier seducta per prævaricationem fuit. Augustinus quoque libro super Genesim octauo autumat soli uiro præcipuum datum ante creatam fœminam, ut indicaretur omnem disciplinam à uiro ad fœminam peruenire debere. Igitur non est dubium per scripturam mulieribus imperium demptum esse. d Amazonum. scilicet tenent. De Budinis, Gelonis, Thyrssagetiisque omnia ad fastidium nota sunt. e Turce. Ab his orti iudicantur, qui etate nostra latissime imperitane, Turci uulgo dicti, ignauia quidem nostra magni, sed post Macedonas & Romanos siue dubio potentissimi, Hermolao. f Arymphaeos. Libet adscribere Plinius uerba, que capite tredecimo libri sexti, ubi Rhiphaeorum meminit, hec sunt: Inibique Arymphaeos quosdam accepimus, haud dissimilem Hyperboreis gentem: sedes illis nemora, alimenta baccae: capillus iuxta fœminis uirisque in probro existimatur: ritus clementis, itaque sacros haberi narrant, iniuiolatosque esse, etiam feris accolaram populis: nec ipsos modo, sed illos etiam qui ad eos perfugerint &c. Que si uera sunt, & illa que de Hyperboreis idem authores scribunt, in dubium non resuocantur: non video que ratio Pierophoro illic gelu infami, cuius meminimus, ueritatis fidem adiucere queat. Sed et de illis in mundi memorabilibus Solinus. Alij ab his Hyperborei sunt, quorum tertio libro Mela meminit. g Rhiphaeus. Cui à flatu Boreæ perpetuo nomen esse putant, ob id quod ἐφεψηflare Græci dicunt. h Ora. que spectat Oceanum. De qua nos duæ Pomponio libro tertio differemus.

POMPONII MELAE COSMOGRAPHI LIBRI
PRIMI DE ORBIS SITV, ET ADIE-
CTORVM VADIANI COMmen-
TARIORVM, FINIS.

IOACHIMI